R R

B d
1

Jm
6 G

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
ROTH, G.C.

65746/A

S7

GOTTFR. CHRIST. ROTHII
DE
NOMINIBVS VOCABVLISQVE,
QVIBVS
MEDICOS
EORVMQVE ARTEM ADPELLA-
RVNT VETERES GERMANI
DISQVISITIO
PHILOLOGICO-ANTIQVARIA,

OBSERVATIONIBVS VARIIS,
MAIORVM NOSTRORVM MORES AC REM
MEDICAM ILLVSTRANTIBVS
INSTRVCTA.



HELMSTADII,
IMPENSIS CHRIST. FRID. WEYGANDI.
cIɔ Iɔ CC XXXV.

MEDICAL SOCIETY OF LONDON

VIRO
AMPLISSIMO,
ET NOMINIS NON MINVS CELEBRITATE, QVAM ERVDITIONIS SVMMAE GLORIA,

PRAECLARISQVE IN REM CHRISTIANAM ET LITTERARIAM MERITIS

EXCELLENTISSIMO,

MATVRINO VEYSSIERE LA CROZE,

AVGVSTISSIMI PORVSSIAE REGIS A CONSILIIS,

A

BIBLIOTHECA ET ANTIQVITATIBVS, PHILOSOPHIAE IN GYMNASIO BEROLINENSI REGIO DOCTORI,

SOCIETATISQVE SCIENTIARVM REGIAE MEMBRO

LONGE CELEBERRIMO,

FAVTORI SVO
REVERENTER COLENDO,

S. D. P.

GOTTFRIDVS CHRISTIANVS ROTH.

rum variarum notitiam liberaliter aperuiſti, prudentiſſimis, ad rectius tractanda antiquitatum patriarum ſtudia, conſiliis ſuccurriſti, atque librorum rariorum e praeſtantiſſima tua ſupellectile litteraria feciſti copiam; quod & abſenti cuperes, amicis poſtea, qui ſalutandi TE cauſſa conuenerunt, ſubinde declarans. Hinc quoties tui, VIR AMPLISSIME, colui memoriam, colui autem quotidie, de occaſione meam TIBI obſeruantiam gratumque ac deuotum animum publice declarandi, ſemper cogitaui. Quae quum, ob varias, quibus detentus fui occupationes, inuito mihi praeciſa adhuc ſit, vlterioris tandem morae pertaeſus, atque impatientia cultum TIBI meum teſtandi inductus, hoc, quod adiunctum vides DE MEDICORVM APVD GERMANOS VETERES NO-

MINI-

MINIBVS qualecumque ſchediaſma in lucem protuli; immo vero praepropera quadam feſtinatione protruſi, idque, propoſitum meum exſecuturus, atque publicum aliquod & perenne erga TE obſeruantiae meae animique TIBI deditiſſimi documentum, pro exigua illa mea parte, daturus, pace tua, CELEBERRIMO ATQVE AMPLISSIMO NOMINI TVO ſacrum deuotumque eſſe iuſſi. Qua re, vt officio meo atque exſpectationi tuae ſatisfecerim, quamuis omnino verear; huncce tamen libellum, quantuluscumque is demum eſt, TIBI non prorſus eſſe displiciturum, eo magis confido, quod tuo eumdem conſilio, tuo nutu impulſuque, in aliquam linguae antiquitatumque patriarum illuſtrationem, pro ingenii mei imbecillitate, componere mihi ſumſerim.

ſerim. TIBI itaque, VIR CELEBERRIME, debetur, & a tua auctoritate praeſidium patrocinium que aduerſus omnes maleuolorum & inepte vituperantium inſultus ſibi ſpondet tutiſſimum. Accedit ipſius tractationis argumentum, quod, vbi placidae doctorum virorum diſquiſitioni ſubmittendum fuit, ex illorum vtut numeroſo numero, iudicem tamen TE magis idoneum, magisque peritum reperire, omnium adſenſu, profecto potuit nullum. Quod, in laudem tuam, vel breuibus heic docere, & modeſtia tua ſingulari, & eruditorum praeterea omnium conſcientia prohibeor. Accipe igitur, VIR AMPLISSIME, hanc qualemcumque commentationem, vt me ipſum olim excepiſti, beneuole atque hilari mente: accipe eam, precor, in certiſſimum meae erga

ga TE reuerentiae gratique animi pignus, & cultus, quo TE veneror illibati monumentum: lege vero eamdem etiam, ſi per grauiora licuerit negotia, &, vbi aut imperitia, aut inconſiderantia peccaſſe me, atque a veritate abluſiſſe deprehenderis, (deprehendes autem fortaſſis quam ſaepiſſime,) in viam me reducere, atque meliora edocere noli dedignari. Quae vt facias, ſicut ab humanitate TVA omni contentione animi atque obſeruantia peto: ita non intermittam, ſummum ſupplex venerari numen, vt tuam aquilae ſenectutem vberioris gratiae ſuae praeſidio fouere, valetudines incommodas omnes a TE propulſare, vires & animi & corporis tui augere, & generis omnis proſperitate cumulare TE velit: quo gloriæ non minus, virtute atque eruditione eximia TIBI partae, quam

ciuitati litterariae, in huius ornamentum commodumque, diu felix adhuc laetusque ſupereſſe, atque, quod meritis facis, vitae longaeuitate, ſerius ſperata εὐθανασίᾳ terminanda, communem eruditorum hominum conditionem queas ſupergredi. Vale, VIR CELEBERRIME ATQVE AMPLISSIME, & mihi conatibusque meis, in rerum patriarum illuſtrationem ſuſceptis, & ſuſcipiendis forte, ſi merebuntur, fauere perge. Dabam *Bombecae*, in *vetere* brandenburgenſi *Marchia* a. d. XI. Cal. Mai.

cIↃ IↃ CC XXXV.

LECTO-

LECTORI BENEVOLO
S. D. P.
AVCTOR.

Quum *ſcriptos a variis auctoribus* antiquitatum patriarum *&* hiſtoriae medicae *commentarios ſaepe deprehenderim, LECTOR BENEVOLE, de* re veterum Germanorum medica *vel tacere prorſus, vel iuſto praeciſius, nec ſubinde accurate ſatis agere; conſtitui, quae de ea in priſcis, tam externorum, quam domeſticorum auctorum monumentis exſtarent veſtigia, data opera, ſcrutari, atque ſingulari libello de* antiquitatibus maiorum noſtrorum medicis, *pro exigua illa mea parte, exponere. Cuius inſtituti vbi certiorem, ſuperiore anno, feceram* celeberrimum, *quem honoris cauſſa nomino* virum, MATURINUM VEYSSIERIUM LA CROZE, *ipſiusque iudicio, σκιαγραφίαν eorum, quae, ſubſiciuis horis, in argumento illo iam elaboraſſem, ſubieceram; non is eam ſolum calculo ſuo probauit, vtque quam orſus fuiſſem, perficerem telam, ſuaſit; ſed auctor praeterea, quae ipſius fuit humanitas, exſtitit, vt & in* nomina, *quibus* rem medicam maiores noſtri *adpellauerint, inquirerem, horum recenſionem & explicationem, eo, quem dix libello inſerturus. Hoc itaque* ſummi Viri *grato animo ſecutus conſilium, quae in lectione veterum linguae patriae monumentorum reperiebam, aut reperire me quondam memineram,* medi-

medicos remque medicam *denotantia vocabula in hoc adnotaui, vt vberius explicata in, de* medicis Germanorum veterum antiquitatibus *edendo libro inuenirent aliquando locum. Sed plures mox abierunt menſes, ex quo negotiis aliis diſtrictus, a ſtudiis noſtris antiquariis, quae ſola quidem commoditate & mentis obletactione diriguntur, auocatus ſum prorſus. Interea temporis docti quidam viri, quorum multum apud me valet auctoritas, beneuole idemtidem ſuaſerunt, vt, quae de* nominibus medicorum apud veteres Germanos *meditarer, ſingulari libello expoſita, publici iuris facerem, atque prodromi inſtar, operi, vniuerſam* rem maiorum noſtrorum medicam *declaraturo, praemitterem. Quibus quum morem gerere tandem ſine mora* & *meum eſſe & aliis forte non ingratum fore cenſerem, atque huius rei certior factus, helmſtadienſis bibliopola,* Chriſtianus Frid. Weygandus, *vir honeſtisſimus, libelli, ſuis ſumtibus edendi, ob inſtantes Lipſienſium nundinas idemtidem vrgeret feſtinationem; ſchedas meas, in quibus de eo, quod diximus, argumento nonnulla, in futurum vſum, conieceram, ante aliquot hebdomades colligere atque* medicorum nomina, *in iis notata, diffuſius, quantum per temporis exigui terminos licuit, explicare ingreſſus ſum. Atque hinc enata nunc eſt, quam lectioni atque diiudicationi tuae placidae committimus, commentatio, AMICE LECTOR. Reperies in ea pleraſque* medicorum *eorumque artis adpellationes vernaculas, tam priſcas, quam recentiores, easque, pro exigua noſtra veteris* germanicae linguae *cognitione,*

expo-

expoſitas. Quamuis enim, pro inſtituti ratione, vetera potisſimum vocabula eligenda eſſent; illorum tamen non pauca vſum nobis reliqua feciſſe, conſtat. Methodi, qua, in qualicumque hac tractatione, vſus fuerim rationem, ſi vel vnam atque alteram libelli paginam perlegeris, cognoſces perfacile. Sine teſte & auctore idoneo quidquam in medium proferre, vt in re etymologica & hiſtorica, nefas duximus. Hinc etiam in rerum antiquarum, earumque patriarum maxime diſciplinam ſaepius excurrendum nobis fuit. Inſperſi hinc inde lectu quaedam iucunda, vt releuaretur iis, ſi quae in exſucca atque inamoena verborum inueſtigatione ſatietas faſtidiumque forte caperet lectores nonnullos. Quod coniecturis autem haut raro indulſerim, id vero vitio mihi, credo, eo minus vertent LECTURI, quo magis negotium etymologicum illis, non demonſtrationibus agi nouerint. Neque aegre, puto, ferent, quod a ſententiis virorum clarisſimorum diſcedens, eas refutauerim nonnumquam. Nihil enim ea re aut famae, aut exiſtimationi illorum detraximus. Poteſt ſapientis & docti viri aliquis nomen laudemque tueri, quamuis in inueſtiganda verborum origine a ianua non raro abluſerit. Quocirca ſi & lapſum me in hac disquiſitione, difficultatis profecto non vacua, eſſe deprehenderis; veniam mihi potius, LECTOR, quam vituperium vehemens a tua polliceor aequitate, idque eo magis, quod arctius temporis ſpatium, quominus limam addere tractationi potuerim, impediuit. Quoniam enim iuſto tardius animum manumque ad eam ſcribendam atque in quadrum

redi-

redigendam adplicaui, quemadmodum calamo primum elapſa; ita typis ſtatim exſcripta eſt. Quumque laudato, qui excudendam illam curauit viro inſtante, operis non magis, quam nobis feſtinandum eſſet, & hae litterarum, quibus vſi nonnumquam fuimus, compendia minus recte vbiuis legerint: dum multa peccauerunt, qui ſationem ſeram ſemper malam *antea iudicaueram, nunc, quod prouerbio dicimus,* maturatam ſaepius decipere, *me docuerunt. Potiores interim illarum mendas in commentationis calce adnotaui, quas vt emendare prius beneuole velis, quam libellum lectione tua digneris, hoc eſt, quod vehementer a TE, LECTOR CANDIDE, peto. Ceterum conſtitueram quidem clariſſimi & experientiſſimi viri,* Io. Gottfr. HAHNII de medicina veterum Germanorum *diſſertationem, Lipſiae antehac editam, eamque noſtris qualibuscumque adnotationibus auctam, adpendicis loco huic ſchediasmati adiungere; tum quod ei conueniat, tum quod vnica ſit commentatio, quae de hoc argumento in publicum adhuc exiuit: Sed quo minus facere id licuerit, temporis anguſtia typothetae obſtitit. Vnde illam, quum rarius nunc obuia ſit, pace* doctiſſimi auctoris, *nouo TIBI habitu alia fortasſis occaſione exhibebimus. Vale,* LECTOR *BENEVOLE, &, ſi vita, ſi ſanitas mihi ſuppetet, de* antiquitatibus veterum Germanorum medicis *σύνταγμα exſpecta, mihique, ſi viſum fuerit, faue.*

CAP. I.

CAP. I.
DE VOCABVLI
ARZT
PRONVNTIATIONE VARIA, ANTIQVITATE ATQVE ORIGINE.

§. I.

Corporis humani natura infirmior, corruptioni morbisque variis facile obnoxia, & hanc iuuandi ac ſartam incolumemque ſeruandi deſiderium, mortalibus ad vnum omnibus inſitum, quin & *veteribus Germanis* ad alliganda vulnera atque inuenienda parandaque, quibus dolores lenirent, valetudinesque malas propellerent, fomenta atque remedia, iam inde ab vltimis temporibus, anſam dederint, telumque ſuppeditauerint ſatis vehemens, niſi, qui vacua, cerebro capita ipſis ſortito contigiſſe, crediderit, dubitabit nemo. In-

iurii namque in *maiores noſtros* ſunt, & de rationibus illorum cognitionem ſatis mediocrem produnt, quotquot tantam eis barbariem rerumque ſuarum incuriam temere adfingunt, vt *medicis* ipſos *medendique peritia* expertes antiquitus fuiſſe, & ſibi, & aliis non poſſint non perſuadere. Cuius peccati haut ſcio, an *antiquitatum gentis noſtrae* ſcriptores & *hiſtoriae* etiam *medicae* auctores plerique, viri laude ceteroquin ſua non fraudandi, inſimulari queant. Atqui documentis vero maxime ſimilibus multisque veterum teſtimoniis facile eſt ad demonſtrandum, apud *Germanos veteres*, quo nomine *Germaniae populos*, ſacris chriſtianis nondum imbutos, notamus, ab antiquiſſima memoria, non aliter, atque apud *Aegyptios*, *Perſas*, *Graecos*, *Romanos*, aliasque gentes, *feminas*, inque iis *matres* potiſſimum *familias medendi ſolertiam* porfeſſas eſſe. Quae velut ſolo iis vſu comparata atque exercita eſt, ideoque *exotericae* medicinae nomen tueri haut inepte poſſet: ita illarum induſtria excitati *ſacerdotes*, qui *Druidum* adpellatione *Celticis populis* veniebant, accuratiori atque ad rationis decempedam aptius formato *medicae rei* ſtudio operam dederunt, quod *acroamaticum* licebit nuncupare. Atque duplice hoc *medicorum medendique genere*, *maiores noſtri* longo tempore gauiſi ſunt, dum ſuis non contenti finibus finitimas tandem regiones, agminibus factis, permearunt, ſubactoque victricibus armis *Romanorum* imperio,

perio, nouos ſubinde mores, neglectis aliquantiſper patriis inſtitutis, ſenſim induere haut dubitarunt. Hoc enim pacto mutatam non parum, praeceptisque *medicorum Romanorum* conformatam fuiſſe ſcientiam illorum *medicam*, ex iſtius temporis rerumque *Germanicarum* cauſſa facile intelligitur.

§. 2.

In vniuerſum de *arte maiorum noſtrorum medica* aeſtimanti, eam quidem circa internos corporis morbos occupatam fuiſſe, ſed potiorem tamen in ſanandis externis membrorum laeſionibus ſe exſerendi materiem inueniſſe, pronum omnino eſt ad fidem. Quemadmodum enim vitae integritas, victus ſimplex & ſibi ſemper conſtans ratio, & corporis quotidianae exercitationes a variis illos morbis immunes haut dubie praeſtiterunt; ſic per crebriora belli ac venationis ſtudia, quibus nimium quantum delectabantur, fieri non potuit, quin artuum diſtortionibus, plagis ac vulneribus ſaepius laborantes, *vulnerariorum*, quam frequentisſime *medicorum* opem flagitare debuerint. (a)

 Reme-

a) *Hinc eſt, quod in priſcis* Germanorum *monumentis, vbi* ars apollinea *deſcribenda erat*, vulnerum tantum ſanatio, *tamquam princeps illius pars, commemoretur. Sic. v. g. in antiquiſſimo quodam* libro Iſlandico, *eoque manu exarato*, & IO. STEPHANIO *in notis, ad* Saxonem Gram-

Remediis vſi ſunt haut ſecus, ac antiquiores plerorumque populorum *medici*, paratis vulgo, inuentuque facilibus, atque e terra naſcentibus, quae ſola, PLINIO auctore, (b) natu-

maticum *p.* 45. *&* Magno OLAVIO *in* ſpecimine Lexici runici *p.* 109. *laudato*, runae medicae *ita commendantur*: Limrunar skalltu kunna, ef þu vilt Lækner heita, og kunna ſaar at ſua. A berke skall þær riſta, ok a bare vidar þesſer lute auſtur limar. *Runas arboreas noſſe debes, ſi egregii* medici nomen *ſuſtinere velis* vulneraque ex arte curare. *Eas incidito cortici & foliis arborum, quae ſe verſus orientem potisſimum flectunt & inclinant. Similiter apud* Graecos, *aliasque nationes primis temporibus* chirurgiam *magis, quam* internam medicinam *excultam eſſe, viris doctis dudum eſt obſeruatum. Confer, ſi vacat, cel.* Andr. Ottomar. GOELICKII *diſſert.* de mutilo medicinae corpore reſarciendo per chirurgiam & pharmaciam, poſtliminio reuocandas, *Halae a.* cIↄ Iↄ cc IX. *habitam.* §. *III - - VII.*

b) Hiſtoria Naturali *Lib. XXIV. cap. I. p.* 1091. (*edit. Iac.* Dalechampii) *Vbi*: Hinc (*ex arboribus & herbis*) *inquit*, nata medicina. Haec ſola naturae placuerat eſſe remedia, parata vulgo, inuentu facilia ac ſine impendio, ex quibus

naturae placuerunt; id eſt, herbis, radicibus,
A 3 foliis,

viuimus. Poſtea fraudes hominum & ingeniorum capturae officinas inuenere iſtas, in quibus ſua cuique homini venalis promittitur vita. *Qua in re non errare* PLINIVM, *principes in* arte medica *viri fatentur vltro. v. illuſtris multisque in* rem medicam *& patriam meritis excellentiſſimi viri*, Frid. HOFMANNI *diſſ. de* medicina ſimpliciſſima ſummae efficaciae, *Halae. a.* cIↄ Iↄ CCXXXI. *habitam. Vnde ſimul colligas*, veterum Germanorum medicos *peregrinis medicamentis, quibus officinae noſtrae medicamentariae, non ſine aegrotantium impendio, ſuperbiunt, impune caruiſſe: idque eo magis, quum patrium ſolum, quod ſapientiſſimi creatoris eſt beneficium, quo pelli omnis generis morbi ex voto poſſunt, ſuppeditet nobis largiter. Quo de genere legi merentur clariſſimorum virorum* Io. BEVEROVICII *Batavi* αὐτάρκεια Batauiae. *Lugdun. Bat.* cIↄ Iↄ CLXIII. *iterum edita.* Thom. BARTHOLINI *Dani, de* medicina Danorum domeſtica *diſſertationes X. Hafn.* cIↄ Iↄ CLXVI. *editae, huius popularis* Ol. BORRICHII de vſu plantarum indigenarum in medicina *libellus. ibid.* cIↄ Iↄ CLXXXVIII. *euulgatus: & nominis celebritate ſummisque meritis illuſtris viri* Laurent. HEISTERI de medicamen-

foliis, floribus ac fructibus plantarum fruticumque. Neque tralatitio ad *rem herbariam* ſtudio *mulieres Druidesque* incubuiſſe, multa docent auctorum veterum teſtimonia. (c) Sed noſtrum iam non eſt ea heic colligere & pluribus hac de re exponere: quippe in aliud hanc operam tempus, ſi per vitam, & occupationes grauiores licuerit, reſeruantes. Conſtituimus iam in *nomina* tantum, quibus *medicos eorumque peritiam* adpellitarunt olim *Germani*, & hodie quoque adpellant inquirere curatius, ac ſingulorum vocabulorum origines, harumque cauſſas, quantum in re non ſatis clara atque ab intelligentia noſtra remotiore, licebit, inueſtigare, antiqua *gentis noſtrae* hiſtoria ſubinde in ſubſidium vocata. Quod, ſi frugis ac voluptatis non adeo multae eſt negotium, at oblectabit, credo, iuuabitque linguae noſtrae amatores, quales populares noſtros

tis Germaniae indigenis Germanis ſufficientibus *diſſertatio politisſima, Helmſtadii a.* cIↄ Iↄ cc xxx. *euulgata.*

c) *Non autem herbas ſolum ſua manu colligebant; ſed easdem etiam arte praeparabant, paratasque in* medicinam *aegrotis propinabant* veteres Germanorum medici. *Id quod* medicos *vbique gentium ſine fraude antiquitus praeſtitiſſe, certum eſt. v.* Herm. CONRINGII introductio in artem medicam *c. I. §. XII. p.* 9. *& cl.* GOELICKII *diſſert. laudatam §. XV. ſſ.*

ſtros omnes eſſe, certe eſſe debere, in animum inducimus.

§. 3.

Et primum autem diſquiſitionem noſtram ſubeat vocabulum ARZT, quo *medicum* nominamus *Germani:* quippe quod aliis eiusdem ſignificatus vocibus anteire aetate videtur. Quamquam enim quotidiano nobis teritur vſu; non patrum tamen, aut auorum demum memoria fictum inuentumque eſt; ſed vti inter antiquisſima *patrii ſermonis* verba locum non vltimum meretur; ſic priſcae *Scytho-Celticae linguae*, omnium fere in *Europa* linguarum matri fecundisſimae, deberi auſim adfirmare. Id quod, vt explicatius, pro inſtituti ratione, doceamus, iuuabit primum variam huius vocabuli pronuntiationem *Francis*, *Alamannis* ac *Saxonibus* olim vſitatam, ex indubitatae fidei monumentis heic repetere. Atqui, vt de *Francorum* atque *Alamannorum* dialecto primum videamus, inter vetera verba, quae Juſtus LIPSIVS e *Pſalterio Wachtendonckiano*, ineunte ſaeculo IX conſcripto, excerpſit, atque epiſtola XLIV. Centur. III. *epiſt. ad Belgas* (d) exhibuit, occurrit vox germanica ERCETERE, *medicos*, in numero plurium ſignificans. Vnde *medicum* ſingularem tunc temporis ERCET, aut ARCET *Germanis* dictum eſſe liquet. OTTFRIDO, *Weiſſenburgenſi Monacho* et *Poëtae*, cu-

 ius

d) *p. 43. ſſ. edit. Antwerp. a.* cIↃ DCV.

ius quidem aetatem tulerunt ingenii monumenta, in *Germania* primo, *in volumine Evangeliorum*, ſub ſaeculi IX. medium exarato, (e) *medicus* ARZAT ſcribitur. Similiter in *Gloſſario Theotiſco Monſeenſi*, ſaeculo ad minimum X. litteris mandato, (f) p. 384. *pigmentarius* ARZAT, & p. 357. *pigmentarii* ARZATES germanice redduntur. *Pigmentarius* medii, quod vocant, aeui ſcriptoribus ἀρωματοπώλην, Φαρμακοπώλην, βοτανολογον, (einen Gewürtz-Crämer, Apotheker) ſignificat. (g) Qui quum

e) *Lib. III. c. XIV. v.* 19. *Tom. I.* Theſauri Antiquit. Teuton. Io. SCHILTERI *p.* 184.

Thoh ni uuas giuuiſſo er
arzat *niheiner.*
Attamen non fuit certe prius
medicus *vllus.*

f) *Tom. I.* theſauri anecdotorum *a doctiſſimo* Bern. PEZIO *Auguſt. Vindel a.* cIↄ Iↄ cc xxI. *publici iuris facto.*

g) Pigmentum CICERONI *aliisque eiusdem aetatis auctoribus pictorum colores, fucum denotat. At ſequioris temporis ſcriptoribus ſpecies aromaticas, & ſaepius potionem ſuauem atque odoriferam, ex iis & vino confectam, indicat. Quae vox hoc ſignificatu adeo imperitis placuit, vt eam* Gallicae *ac* Germanicae linguae *intulerint, corruptam tamen in* Piment. *Sic v. c.* WILLERAMUS *in* paraphraſ. Cant.

quum priſcis temporibus ratione muneris a

Cantic. *cap.* 3. *v.* 6. *p.* 20. *Tom I.* Theſauri Antiqu. Teuton. Schilteriani. Vone demo ſtuppe allerslahto pimenton. *puluere variorum aromatum: & cap. VIII. com.* 2. *p.* 62. *legitur* gepimenten Win, *vinum medicatum, a verbo barbaro-germanico* pimenten *condire, medicare. Atque ab hac voce formarunt vocabulum* Pigmentarius, pimentarius, *quod* pigmenti *confectorem, hoc eſt*, pharmacopolam *ſonat, & hac notione L. III.* §. 1. ff. ad leg. Corn. de ſicar. *occurrit.* Olympiodorus *in* Comment. in Gorgiam Platonis pigmentarii *munus deſcripturus:* ὁ μὲν ἰατρὸς, *inquit*, ἐπιτάττει, ὁ δὲ πημενταριὸς διακονεῖ, τὰ πρὸς τὴν χρείαν εὐτρεπίζων. medicus praeſcribit, pigmentarius autem miniſtrat ea, quibus opus eſt, praeparans. *Barbaro-Germani vocem hanc efferunt* Pimentare. WILLERAMUS *l. c. cap. V. v.* 13. *p.* 43. Uuurz bette, die der geſezzet ſint von den kunſtigen Pimentaren. Areolae (*herbarum*), quae conſitae ſunt a pharmacopolis artificioſis. *Plura de horum vocabulorum ſignificatu profert du* FRESNIVS in Gloſſario med. Latinit. *Tom. III. p.* 306. 307. *conf. cel.* Io. Leonh. FRISCHII *diſquiſit. de* voce Pietanz, Piment, *in* miſcellaneorum Berolinenſ. Continuat. III. p. 185.

medico non differret, mirum non eſt, vnum vocabulum *ARZAT medici* aeque, ac *pharmacopolae* notionem comprehendere. WILLERAMO, *Eberspergenſis in Bauaria* monaſterii *praefecto*, qui ſaeculi XI. medium illuſtrauit, in *paraphraſi Cantici Canticorum* (h) *mandragora* adpellitatur *ARZAT WVRZE*, *herba medicorum*, herba medica, ob vſum in *medicina* veterum multiplicem, κατ᾽ ἐξοχὴν ita dicta. In libris, tabulis ac diplomatibus ſaeculo XIII. & ſequentibus exaratis, medicus nunc *ARZET*, ſeu *ARTZET*, nunc eliſa vocali vltima, *ARTZT*, prorſus vt noſtro fit tempore, nunc etiam mutata priori vocali ERTZT ſcribitur. Sic v. g. in STRICKERI *rhythmo de expeditione Caroli M. Hiſpan.* ad ſaeculum XIV. quod e dicendi genere colligere licet, forte referendo, *medicus* ARTZ ſcriptum eſt: (i) & in Io. GEILERI *von* KEISERSPERG, theologiae doctoris circa ſaeculi XV. finem non incelebris libro, quod *Narrenſchiff* inſcri-

h) *Cap. VII. comm. 13. p. 61. Tomo I.* Theſauri antiqu. teut. Schilteriani: Di arzatuuurze ſtinchent uile draho in unſeron porton. *h. e. mandragorae acriter olent in portis noſtris.*

i) *Cap. VII. ſect. IV. p. 7. Tom. II.* Theſauri Schilteriani laudati:

Oder das darunder das lit
Immer *ARTZ* getorſt ſalben.

inſcribitur, (k) ARZET. *medicum* paſſim vocatum reperias. Alios poſteriorum ſaeculorum auctores de vocabuli huius pronuntiatione, cuiuis notiſſima, nihil refert adducere. Ceterum vocabulum, quod *medendi actum* indicat *Francis* ac *Alamannis* fuit ARZAN & praefixa particula GE, (l) GEARZAN. Hoc occurrit in laudata WILLERAMI *paraphraſi Cantici Canticorum*, (m) vbi legimus: *gearzenont*, *medentur:* illud in *iure Argentinenſi* *antiquo*

k) *v. g f.* 10. *b. er* ſei ein Theologus, oder ein Iuriſt, *oder* Arzet, oder Poëta.

l) Particula haec *eſt nota* praeteriti in verbis: Sed infinitiuo praefixa, (*quod* Francis & Alamannis *haut raro vſu venit*) plerumque inutile ornamentum eſt, & ſignum nihil ſignificans, niſi quod aliquando videtur ſenſum augere. *Verba ſunt celeberrimi* Io. Georg. WACHTERI, *prolata in* prolegomenis Gloſſarii Germanici *p.* 22. *quae de voce* Gearzan *notari debent.*

m) *Cap. VII. comm.* 13. *p.* 61. Samo tuont doctores. Mit ſola ſuperficie diuini verbi *GEARZENONT* ſie die infirmos auditores. *Similiter faciunt doctores. - - medentur infirmis auditoribus. Qui aureus auctoris noſtri locus, vt euoluatur, conſidereturque penitius, dignus eſt profecto.*

antiquo, (n) quod prohibet, *Win arzen mit kalk, oder eyer-klor.* Vinum *medicari* calce, aut oui albumine. *Medicamentum & res medica*, ab hoc verbo ARZATY, ARZANY, ARZENY dixerunt. In *gloſſis* rev. *Jac.* PEZII *Monſeenſibus* p. 387. *pigmentorum* h. e. ſpecierum aromaticarum ARZATO redditur. WINSBECKIUS, eques & *poëta* nobilis circa ſaeculi XII. finem clarus, in elegantisſima ſua *ad filium paraeneſi medicinam* compellat ARZENIE. (o) In poſterioris aeui libris ac chartis,

n) *Lib. I. cap.* 115. *teſte* b. Io. SCHILTERO *in* Gloſſario Teutonico, *v. ARZAT. p.* 65.

o) Stropha *XIV. p.* 23. *edit.* Schilter. *Deſcribit ibi vir prudentisſimus filio ſingulare aduerſus omnia vitiorum genera* remedium, *quod & heic ipſius verbis legiſſe forte non poenitebit. ita autem habet.*

Sun, wiltu ARZENIE nemen,
Ich wil dich leren ein Getrank;
Lat dirs din Selde wol gezemen,
Du wirſt ſelten Tugenden kranc,
Din Leben ſi kurz, oder lank:
Lege in din Herz ein reines Wib mit ſteter Libe ſunder Wank;
Iſt es an Werdekeit verzaget,
Als der tnäggel eiter tuot, ir wiblich guete es veriaget.

Verſus poſteriores, obſcuriores paullulum, ita interpretor. Quodſi ex infirmitate

chartis, quum iam concitatior vocum pronuntiatio placeret, vocem hanc modo ERTZNT, modo ARTZNY ſcriptam reperias: quam hodie ARTZNEY ſuperioris *Germaniae* dialecto proferimus.

§. 4.

Francicae de vocabulo ARZT conuenit *Saxonica* dialectus, niſi quod, pro genio ſuo, aſperioris litterae z loco, molliorem s habeat, vocemque contrahat paullulum. Itaque ARST, ARSTE, *Saxonibus medicum* olim ſonabat: quid? quod eorum poſteris, *Germaniam* inferiorem incolentibus, eadem ratione hodie quoque vſurpatur. Sic *verſione* ſacrarum litterarum *Saxonica* (p) Exod. XV, 26. ita habet: *Wente ik bin de Here dyn ARSTE.* Namque ſum Dominus, medicus tuus. Jerem. VIII, 22: *Edder ys dar nen ARSTE?* nullusne ibi eſt medicus? Luc. VIII, 43: *de hadde alle ere Neringe an de ARSTEN geleget.* Omnia ſua bona in medicos contulerat. Eadem forma Job. XIII. 4. 2 Paralip. XVI. 12. Luc. IV. 23. & alibi ſaepius

deſperauerit (*forte animus tuus*) vti antidotum venenum, ſic eius (*vxoris*) feminea bonitas (illam) pellit.

p) *Exemplum, quo vſi ſumus, impreſſum quidem eſt; ſed* ἀκέφαλον καὶ ἀτελεύτητον. *Referri tamen, quod facile adparet, ad ea debet, quae Lubecae* Ludovicus Dietius a. cIↄ Iↄ XXXIII. *formis expreſſit.*

pius occurrit. In monumentis quidem *Anglo-Saxonicis* vocem ARSTE, nondum reperi. Neque mihi iam illorum, in quibus ſcrutarii eam poſſem, copia iam datur: (q) ſed fuiſſe eam tamen & priſco *Anglorum* ac *Saxonum* ſermoni indigenam, prorſus non dubito. Et documentum huius etiam rei capere forte poſſumus ex antiquo vocabulo anglico *Wariſt*, quod *Io. SPELMANNVS ſanatum*,

q) *Certiora haut dubie de vocabuli huius pronuntiatione* Anglo-Saxonica *adferre poſſemus*, *ſi* libri medicinales & herbarii *aliquot, iſta lingua ante plura ſaecula ſcripti, quos inter cimelia ſua ditiores* Angliae *bibliothecae, ac in his* Bodlejana & Cottoniana *reconditos adſeruant, manibus contrectare, atque euoluere datum eſſet. Sed non omnibus hanc licet adire Corinthum: & doctisſimi praeſtantisſimae* Anglorum *gentis viri ſatis adhuc habuerunt ſolas voluminum iſtorum inſcriptiones in libris quibusdam, publici iuris factis, nobiſcum communicare, eoque ſaliuam tantum mouere, ac deſiderio monumenta illa ipſa legendi inflammare vlterius. Id quod in primis cel.* Humphredus WANLEIVS *Tomo II.* theſauri lingg. vett. ſeptentr. Hickeſiani, *operis prorſus incomparabilis, p.* 71. *ſſ.* 92. 176. 217. *& alibi ſaepius, inſtituto ceteroquin laudatisſimo, fecit.*

tum, *ſaluum* interpretatur. (r) Quorſum etiam verbum anglicum *to guerif*, ſanare, mederi referas; de quo infra diſſerendi locus erit aptior. Vnde *Anglo-Saxones* ſanare, *Wariſtan*, *ariſtan* olim expreſſiſſe, non inepta forte coniectura collegeris: quemadmodum *Saxonibus* noſtris quondam fuit, & adhuc eſt, *Arſten*, & per μετάθεσιν litterae ſ *artſen*, qua pronuntiandi ratione priſcis etiam *Belgis* in vſu fuiſſe, auctorem habemus *Cornelium KILIANVM*, (s) antiquitatum *patriae linguae* gnariſſimum. *Medicinam Saxones ARSTEDIE* dixerunt. Sic in *verſione bibliorum Saxon. antiqua*, Sirac. c. XXXIIX, 2. *de Arſtedye kumpt van deme Allerhögeſten*, & commate 4: *de Here leth de Arſtedye uth der Erden waſſen. Medicina a DEO O. M. oritur. - - Dominus medicinam prodire e terra iubet.* Conſonat iterum vetus *Belgarum* dialectus, cui *Arſtedie* hoc ſignificatu adtribuit laudatus *KILIANVS*. (t) Praeterea ARTZE quoque *Teutonibus priſcis* medelam ſignificaſſe, auctor eſt *Abrahamus MYLIVS*, in *Archaeologo Teutone*, (u) qui

r) *In* Gloſſario Archaeologico *v.* Arenda. p. 40.

s) In dictionario Teutonico- Latino, *h. v. edit. Vltraject.* clɔ lɔc xxxii.

t) *l. c.*

u) *Qui illuſtr. viri* Gottf. Guil. LEIBNITII Collectaneis etymologicis *P. II. inſertus eſt. p.* 14.

qui tamen vnde id nouerit, non indicat. Num in vetere *Gothorum* dialecto ciuitatis ius vox ARST, ſeu ARZAT habuerit, nec ne, definire, ob monumentorum antiquorum defectum, haut poſſumus. Vtut enim in *codice argenteo* non legatur: in hoc tamen exiguae molis libro, eoque mutilo proh dolor! multisque lacunis hiante, vniuerſum ditioris linguae theſaurum reconditum eſſe, adfirmabit nemo.

§. 5.

Quidquid autem huius rei eſt, ſufficit, quod ex iis, quae adtulimus monumentis diſpaleſcat, vocabulum ARST, ſeu ARZAT apud *Germanos* annis minimum mille in vſu atque honore fuiſſe. Nec, longo iam ante nonum ſaeculum tempore in *priſca* illud *lingua* viguiſſe, quo minus credamus, quidquam obſtat. Immo vero omnino eſt ſimile, hanc proximis mille annis magis mutationi obnoxiam fuiſſe, quam ſuperiori memoria, quippe qua exterorum aduentibus, hoſpitiis ac coniugiis non mixtus adeo corruptusque, nec peregrinarum rerum cupiditate ita incenſus, nec morum legumque extrariarum contagio infectus adeo erat *Germanorum populus*, ac ſubſequenti aeuo ei contigiſſe, fauſtis, an improbis fatis? nouimus. Exploratum autem eſt, illis potiſſimum rebus linguas mutari, dialectosque nouam ſubinde induere faciem. Fieri itaque potuiſſe, vt vltimis temporibus *germanicis*, immo & *celticis*

celticis quoque *nationibus* omnibus frequentatum ſit vocabulum ARZT, nemo negabit vnus. Sed frequentatum ipſis re ipſa fuiſſe, id vero eſt, quod vno atque altero documento, vocata in partes antiquarum rerum diſciplina, ibimus demonſtratum. Quod quam faciamus, monendum ante erit, nos vocabuli iſtius vſum priſcis *Celtis* imputantes, non mutationem illius omnem excludere, aut id eodem prorſus ſono atque iisdem litteris, quibus nobis, aut maioribus noſtris, *Saxonibus*, *Francis* atque *Alamannis* prolatum ſcriptumque eſt, illis etiam vſurpatum fuiſſe, nobis perſuadere. Temporum viciſſitudines, migrationes populorum, climatis mutati varietas, regnorum ac rerum publicarum conuerſiones, ipſe popularis & quotidianus vocabulorum vſus & ſexcenta alia, vti linguae vniuerſae; ſic ſingulis eius vocibus *ἀλλείωσιν* aliquam, e litterarum quorumdam commutatione, eo magis ſenſim inferunt, quo illae minus in tabulas relatae, ſcriptione conſeruantur. (x) Id quod vocabulo, de quo iam agimus, olim accidiſſe, vel ipſa eius variantis dialecti varians pronuntiatio, ARST & ARZAT innuit; quippe quae nos ad antiquius,

x) *Legatur hanc in rem* Ol. BORRICHII, *viri clariſſimi libellus elegans de* cauſſis diuerſitatis linguarum. *b.* Campegii VITRINGA *diſſ.* de confuſione linguarum, Obſeruatt. ſacr. *L. I. c. VI. p.* 56 *ſ. alii.*

quius, ſimpliciusque *celticae linguae* vocabulum remittit, a quo, veluti communi fonte, vterque deriuatus eſt eloquendi modus. Iam quodnam primitiuum illud vocabulum ſit, in quaeſtionem ſcrutiniumque merito venit. Age itaque, vocemus curatius ſub examen voces ARSTE atque ARZAT, conſulamus ſubinde praecepta linguae noſtrae etymologica, conſiderataque veterum vocabulorum ἀναλογίᾳ, videamus, aune priſcum illarum atque genuinum ἔτυμον probabili indagandum ſit coniectura.

§. 6.

Quodſi igitur dialectorum veterum indolem contempleris, *Saxonum* ARSTE maiorem olere videtur antiquitatem, quam *Francorum* ARZAT, ſeu ARCET, adeoque ab origine propius abeſſe. Haec enim quamuis ad antiquiſſima *alamannicae* ac *francicae linguae* vocabula merito referenda ſint; praeterquam tamen, quod ipſa ea lingua *dialectorum celticarum* omnium nouisſima eſt, littera aſperior z, aut c, & terminatio extenſior, qua verba iſta conſtant, aliquam a primigenio *celticae linguae* ſono alienationem non poſſunt non prodere. Hanc enim litteris illis prorſus caruiſſe, (a) &

a) *Antiquiores enim eius dialecti*, anglo-ſaxonica, cimbrica, belgica, ſcandica, &, *quem his addas* Cambrorum *atque* Armoricorum *ſermo litteram z prorſus ignorant, c. rarius & in peregrinis plerumque vo-*

& contractis breuibusque, non longioribus

cibus vſurpantes. Idem in ipſis quoque celticae linguae *vocabulis obſerues, quae, velut tabulas e naufragio*, graeci latinique ſcriptores *& nominatim* CAESAR, PLINIVS, DIODORVS, DIOSCORIDES, STRABO, PAVSANIAS, *aliique in monumentis ſuis hic illic ſeruarunt, atque collecta inde, pro ſua quisque hypotheſi, explicarunt* Io. PICARDVS in Celtopaedia priſca. *Lib. III. p.* 118. *ſſ.* Guil. CAMDENVS *in* Britannia *p.* 17. *ſ.* (*edit. Francoſ.* cIↄ Iↄ xc.) Steph. SKINNERVS in etymologico anglicanae linguae *paſſim.* Marc. Zuer. BOXHORNIVS in Origg. Gallicis *c. II. p.* 24. *ſſ.* Val. Ern. LOESCHERVS in Litteratore Celta. *theſ. XII. p.* 13. *ſ. & inprimis* Io. Iſaacius PONTANVS in Gloſſario priſco Gallico, *ſubiuncto eiusdem* itinerario Galliae Narbonenſis. *cet. Contra ea* Alamannorum *ac* Francorum *ſermo vt ſonum amat ſtridulum, aſperum atque aperto gutture prolatum; ſic voces complectitur e gutturalibus ac dentalibus litteris, ac in his maxime* τῷ z *conflatas, easque longiores & diphthongis grauidas. Vnde ipſe OTFRIDVS de illius* βαρβαροφωνία, *iure tamen neſcio, an iniuria? in praefatione* operis ſui euangelici *ad* Liutbertum Moguntinenſem Archiepiſcopum *queritur. p.* 10. *ſ.*

ac multarum ſyl'abarum vocabulis, pariter ac linguae primitiuae omnes, (b) gauiſam eſſe, non vno intelligimus documento. Vox contra ARST molliore ac ſimplice littera s, & terminatione st, antiquiſſimis *ſaxonicae linguae* vocabulis optime reſpondet, iisque adnumerari ſine dubio vllo debet. Adhaec breuior eſt, certe celeriore ſpiritu profertur, quam alamanno - francicum ARZAT. (c) Quem-

b) *Data hoc opera docent* Iuſt. Ge. SCHOTTELIVS *in der teutſchen Sprach-Kunſt. L. I. paneg. IV. p.* 122. Dan. Ge. MORHOFIVS *von der teutſchen Sprache c. V. p.* 75 *ſ.* Io. BOEDIKERVS *in Grundſätzen der teutſchen Sprache p.* 118. Io. Aug. EGENOLFFIVS *in der Hiſtorie der teutſchen Sprache P. I. c. II. p.* 113.

c) *Quamquam enim addita vocali e, ARSTE vt plurimum ſcribatur: ea tamen in pronuntiatione ita praecedentis conſonantis ſono abſorbetur, vt percipi non queat. Vnde, vbi originem vocis quaerimus, non attenditur. Conſtat autem inter linguae noſtrae conſultos, non in hodiernis modo; ſed in priſcis praecipue, iisque quam plurimis vocabulis, quibus ea terminantur, vocales non tam ſyllabae peculiaris ſignum eſſe, quam indicium tantum clarius efferendae praecedentis conſonantis, qua de re docte differit vir celeberrimus* Io. Laur. FRISCHIVS *in disquiſit.* de vocabulorum quorum-

Quemadmodum itaque *Saxonum lingua*, tamquam maior natu *celticae*, eiusque matris filia, aetate *francicam*, *alamannicam*, *gothicam* aliasque adfines *dialectus* omnium conſenſu antecedit; ita, quod ei vindicamus noſtrum ARST non adeo remotum a *principe vocabulo* eſſe, non inepte colligimus. Et huius vero formam indagaturi, meminiſſe primum debemus, T finale in quibusdam linguae patriae vocibus modum quidem indiciumque eſſe deriuationis; (d) ſed aliis ornatus tantum cauſſa ſuffigi, ideoque, ſalua etiam vocabuli vi ac conſtitutione, nunc, quod in antiquioribus dialectis maxime vſu venit, addi, nunc omitti atque abeſſe. (e) Iam faciamus

dam germanicorum origine, *in* Miſcellaneorum *Berolin. Tomo I. p. 66. ſ.*

d) *v. g. a Gothico* thaurs *ſiccus*, *deſcendit ASax.* thyrſt, *Francicum* thurſt, *noſtrum* Durſt, *ſitis.*

e) *En huius generis exempla. Lumen nobis hodie ſonat* Licht, *Saxon. infer.* Lugt, *Francis & Alam. pariter* Lugt, & Lioht. *Idem abiecto t. finali, Cambris & Armor. eſt* llug. *Suecis* Liws *& Danis* Lius. *Noſtrum & Islandorum* Gras, *foenum, gramen. ASax.* Græs, & Gars, *Suecis effertur* graſed *& Francis ac Alam. olim fuit* graſt. *Accipiter hodie Germanis* Habicht, *at maioribus noſtris, vt e LL. Baiwar. &* Pezianis glosſis *nouimus*, hapich, hapoh *di-*

ciamus *celticam linguam*, hoc pacto t finale in voce ARST non agnouiſſe, habebimus verbum ARS. In quo, quum duae conſonantes concurrant, quas haut facile ſine interueniente vocali enuntiarunt *veteres Germani*, priſcam & genuinam vocis illius prolationem rimantes, pro nota etymologorum lege, (f) vocalem iis interponamus oportet conuenientem. Quo facto enaſcuntur nomina, ARAS, ARES, ARUS: quae quidem, quod nihil vetat, pro germanis *celticae linguae*, aut primarum eius dialectorum vocabulis, tantisper habere fas eſt, dum certiora hac de re adferri in medium poterunt.

§. 7.

Atqui non male nos heic, in exquirendis vocabuli ARZT originibus, rationes ſubduxiſſe hactenus; ſed iuſta inueſtigatione vera *Celta-*

cebatur, quemadmodum Cambris *hodie quoque* hebog. Obſt, *poma Francis olim* Obaz, *&* Obes. *Noſtrum* Axt, *ſecuris German. infer. eſt* æxe, ækſe. *ASax. fuit* æx, *Francis & Alam.* Acus, *Gothis* akizi. *cet.*

f) *Hanc nemo acutius expoſuit laudato nobis non ſemel cel.* FRISCHIO. *l. c. p.* 69. *ſ. Exempla habemus in memoratis modo vocabulis*, obſt, *ab* obes, *&* axt (*acſt*) *ab* acus *deriuatis.*

Celtarum vocabula reperiſſe, teſtem iam primo loco adferimus exploratae fidei, *nummum* antiquisſimum *gallicum*, cuius ἔκτυπον a doctiſſimo *religionis veterum Gallorum* auctore mutuo acceptum, (g) heic exhibemus.



Huius itaque anterior pars vt caput exprimit galeatum, addita in margine voce SECVSIA, gallicae prouinciae nomine; ſic poſtica procerioris alium, eumque nudum, alium breuioris ſtaturae pallioque indutum repraeſentat hominem, vocabulum gallicum, ARVS oculis ſubinde noſtris ſubiiciens. Et hanc vero vocem non aliam eſſe, quam de qua hactenus disputauimus, adeoque non niſi *medici* notione nummo antiquitus inſcriptam fuiſſe, hoc eſt, quod, vt latius nunc demonſtremus, inſtituti ratio poſtulat omnino. Id quod ante quam faciamus, non ab re erit, quae, in huius nummi vocabulique interpretationem, in medium protulerunt *Guil. CAMDENUS*, Anglus, *Claudius BOUTEROUE*, *Claudius Franciſcus MENESTRERIUS*, *ANONYMUS* in memoriis litterariis Treuultinis,

g) *Tom. II. Lib. IV. c. VII. p. 25.*

vultinis, ac *Jacobus MARTINUS*, (h) Galli, viri doctrina & antiquarum rerum ſcientia prorſus inſignes, ſtrictim recenſere, atque, vbi viſum fuerit, ad examen ſimul exigere. Et CAMDENUS quidem cumque eo cl. BOUTEROVE vocem ARVS, de qua quaeritur inprimis, fluuium *Ararim*, *Seguſianorum* Prouinciae adluentem, quem hodie *Saonam*, ſiue *Sangonam* dicunt, interpretantur, atque, vt non ſine veri ſpecie id fiat, in minore, quam aduerſa nummi pars exhibet, figura fluminis illius ſymbolum agnoſcunt. Sed a ianua hac parte ſine dubio abludunt viri doctiſſimi. Praeterquam enim, quod fluuius iſte *Celtis Arar*, latinis nonnumquam *Araris*, nemini vero *Arus* dictus eſt, quid ſibi, quaeſo, fluuii nomen, quid nota, vult in altera nummi facie, vbi altera prouinciae ipſius & nomen, & ſignum iam expreſſit? Quorſum eius ſymbolum ponitur, iuxta *Herculis* effigiem? Hanc enim agnoſcunt laudati auctores. Et quis, rogo, minorem figuram, puerum ſcilicet penulatum, eumque in colliculo ſtantem, fluuii cuiusdam augurabitur notam eſſe? Vbi enim in nummo adparent, quae fluuiorum inſignibus addi ſolent κειμήλια, aquarum decurſus, hydria, alga, arundo, remus, cet.? Vt taceam *Ararim* flumen, quod *Dubis*, & aliorum fortaſſis etiam

h) *v. huius liber elegantiſſimus*, la Religion des Gaulois *l. c.* &c. *L. III c. VII. p.* 23.

etiam riuorum aquas recipit, ſub recubantis, non ſtantis hominis figura, pro communi, quam in veterum nummis obſeruamus conſuetudine, adumbrandum fuiſſe; ſiquidem amnes, qui nullius torrentis influxu augentur, ſtantis hominis ſpecie, quae docta eſt VAILLANTII obſeruatio, referre nummis priſcis ſolemne eſt. His itaque & aliis etiam, quum *camdeniana expoſitio* prematur difficultatibus, *vir* quidam *doctus*, alia incedens via, in *commentariis Treuultinis litterariis*, menſe Nouembri cIↃ IↃCCVI. editis, iunctas in poſtica nummi parte figuras, *deos* aliquos *celticos* interpretatur, atque ARVS vocabulum vniuerſalem DEI adpellationem in *Celtarum* olim lingua fuiſſe contendit, prouocans maxime ad *Normannorum* conſuetudinem, qua, qui vim patientes, aut vltimi ſupplicii crimina, furta, puta, incendia, homicidia cet. perpetrari animaduertunt, *Haro* inclamare ſolent, ad conuocandos alios trahendosque ad iudicem poenamque ſceleratos. Ita enim clamantes *Deum* ipſum ſcelerum vindicem, non vt quidam putarunt, *Normanniae* ducem *Rollonem*, aut *Daniae* regem *Harol* compellare autumat. At vero *diuinitatis* ſignificatio vt ex iſto *Normannorum* more voci *Haro* adtribui haut poteſt; (i) ita eam-

B 5 dem

i) *Quis ſit clamor ille* Haro, *& quid circa eum obſeruatum olim* Normannis *ſit, pluribus docet ipſe* Legum Normannicarum *co-*

dem vocabulo celtico ARVS argumentis idoneis

---

dex cap. LVI. in illuſtr. Io. Petr. a LVDEWIG *Tomo VII.* Reliquiar. *MSC*torum *p.* 258. *ſ. conf. illarum cap. VIII.* §. *II. p.* 162. *Plura ex aliis monumentis antiquis adſert* CANGIVS Gloſſario med. aeui latinit. *T. II. p.* 794. *v.* Haro. *Conuenit ex aſſe veterum* Saxonum *vociferationi,* Io dute, & *aliorum* Germaniae *populorum clamori,* Wapen, Waffen, Wapen roepen. *Vox ipſa ſine dubio per ὀνοματοποιΐαν, a clamoris illius ſono, quo ciues ad capiendum facinoroſum hominem conuocabantur, enata eſt.* Hare *enim, aut* hera priſcis Germanis *notabat* huc, *vt noſtrum,* hier, hieher, *vſitatumque fuit, quum alios aduocare animus eſſet. Sic* OTFRIDVS *in opere euangel. L. IV. c.* 26. *v.* 57. *p.* 204. Hera horet, quad er, Vuib! Huc audite, dixit, mulieres! NOTKERVS *in paraphraſ. Pſalm. LXXX. c. II. p.* 166. Hare, *inquit,* horen alle zuo. Huc pertinent omnes. *Proinde conuocaturos vndique plebem clamaſſe olim probabile eſt:* hare! hera! *huc adeſte! concurrite!* herbey, hieher! *Et ab eiusmodi vociferantium ſono non modo ipſum* clamandi *vocabulum,* haran, haren, *apud* maiores noſtros *profectum; ſed & clamor inde quilibet ingens, qualis plerumque in bellis, aut ſeditionibus reſonare ſolet,*

idoneis nullis adſeruit vir perdoctus; neque adferre ſat rationis potuit, quare generis nomen ſpeciei diuerſae diis adſcriptum ſit. Vnde

Haro *iis, coniunctisque lingua gentibus, dictus eſt. Generaliore autem clamoris ſignificatu vocem hanc priſcis ſcriptoribus vſurpari, commode obſeruauit illuſtris* CANGIVS *l. c. De vocabulo* haran, *clamare, ſaepius in monumentis antiquis occurrente, illuſtris non minus* SCHILTERVS *in* Gloſſario Germanico *p.* 433. *videatur. Atqui facilius aptiusque fieri nihil potuit, quam vt* Normanni, *linguae commercio* Germanis veteribus *coniuncti, generis, quod diximus, vocabulum ſingulari clamori, quem tollere, in perſequendis atque ad ſupplicium trahendis ſceleratis, ſolebant,* ἐμφατικῶς *attribuerent. Quae, ſi conſideraueris, & inprimis* Norman. legum *de clamore hoc praecepta legeris, intelliges ſine negotio, illum ingeminantes non ad vindictam diuinam; ſed ſubitam tantum multitudinis concurſionem facinoroſique hominis comprehenſionem habuiſſe reſpectum. Conſentiunt nobis de origine vocis* Haro, *laudati viri* SCHILTERVS *l. c. p.* 455. *v.* hera. & LVDEWIGIVS *in notis* ad LL. Normann. *l. c. p.* 162. *qui addit,* Francos & Sueuos, *vbi boues ad currum trahendum vrgent,* har, hare, *hodie quoque idemtidem inclamare.*

Vnde hanc nummi explicationem merito reiecit eruditiſſimus *religionis veterum Gallorum auctor;* (k) qui in eius locum duplicem interim, eamdemque non vnius generis ſubſtituit interpretationem: de qua ſigillatim iam videbimus.

§. 8.

Primum itaque vocabulum ARVS *finem*, ſeu *terminum* explicari poſſe putat, eo quod in hodierna *Armoricorum* lingua *Ars*, vel *Hars finem* proprio, & *obſtaculum* translato ſignificatu deſignet. Quae vt nummi icunculis reſpondeat interpretatio, *Herculem* iis & *Hermetem*, *Graecorum Romanorumque* deos, adumbratos cenſet. Et *Hermetis* quidem, quam putat, effigiei vocem ARVS adſignans, *Celtas* tradit, decantatas *Herculis* columnas, communi perſuaſione, *Seguſianorum* regioni imputaſſe, quippe in qua illuſtribus illum factis laboribusque colophonem addidiſſe, haut dubie crediderint. Hanc itaque vulgarem *Celtarum* de *Herculis* vltimis laboribus opinionem eleganti in nummulo noſtro repraeſentari ſymbolo. Id prae ſe ferre *Hermetem*, *Herculi* adpoſitum, id vocabulo ARVS, *finem* notante, definiri luculenter. Verum enim vero quamuis ſe ingenio commendet iſta MARTINI ſententia, tamen, vt curatius ſuſtinere examen queat, vereor admodum. Quodſi enim imagines nummi ipſas diligentius inſpecta-

k) *ll. cc.*

ſpectaueris, vel primo facile cognoſces obtutu, illarum minimam longe elegantiorem maioreque induſtria ſculptam eſſe, quam vt *vialem*, &, qui huc maxime pertinet, *terminum deum*(l) adumbrare poſſit. Puerum enim refert pallio

l) Mercurius ἐνόδιος, *aliique dii laresque* viales *cum* Ioue *ceterisque diis Terminis, quod muneris ratione conuenire in quibusdam videntur, perperam vulgo confundi ſolent: ſed differunt omnino. Illi enim iter facientibus tantum propitii, ab his, ne aberrarent in via, neue latronum ac ferarum inſultibus exponerentur, neue in morbos demum inciderent, inuocabantur. Iſti contra limitibus agrorum regionumque praefecti, hos tueri & proferre credebantur. Atqui talem* terminum deum, *non* mercurium viacum, *vt in marmoribus ſcribitur, oportet doctiſſimus* MARTINVS *intelligat, ſi expoſitioni ſuae colorem aliquem illiniri velit: quamuis* Hermetis, *ſeu* vialis mercurii *mentionem tantum faciens, eumdem cum* Termino Deo *temere commiſiſſe videatur. De vtroque deorum genere praeter* antiquitatum graecarum romanarumque *vniuerſarum ſcriptores legi cum fructu poſſunt.* DION. HALICARNASSENSIS Antiquit. Rom. *L. II.* Lil. Greg. GYRALDVS *de* diis gentium *ſyntag. I. f.* 43. & *Synt. XVII. f.* 527. Nic. BERGIERIVS *de* publ. Roman. viis *Lib. IV. c.* 43. *apud*

pallio inuolutum, & apta membrorum compoſitione praeditum, eumdemque paruae admodum & humilis ſtaturae. Atqui *viales* & *terminales* inprimis *dii* trunco prorſus habitu, ex rudi lapide, in formam quadratam, manibus nunc brachiisque, nunc pedibus praeciſis, (m) nudi plerumque, & haut raro ſolum tantum caput exſerentes, effingebantur, ſaepius aſpero arboris ſtipite & lapide, nulla arte in humanam formam elaborato, repraeſentati. (n) Adhaec procera & hominum corpus

Io. Ge. GRAEVIVM *Tom. X. Antiq. Rom. p.* 522. *Laur.* Rameſius *de* PRADO *in* Pentecontarcho, *qui in cel.* Io. Alb. FABRICII obſeruationibus ſelectis in N. T. *primum locum obtinet. cap. XLIX. p.* 271. *ſ.* Io. NICOLAI *tract.* de Mercurio & Hermis. *cel.* Ever. OTTO *de* diis vialibus plerorumque populorum Io. Sam. STRIMESII *diſſ.* de deo Romanorum Termino. *alii.*

m) Deos terminales *in nummis antiquis figura, brachiis pedibusque truncata, ſemper exprimi, praeter alios obſeruauit.* cl. P. IOBERTVS in notitia rei nummariae Inſtit. *IX. p.* 290. *verſ. Germ.*

n) *Hinc* OVIDIVS *Lib. II. Faſt. v.* 641. *ita canit:*

Termine, *ſiue* lapis, *ſiue es defoſſus in agro*
Stipes, *ab antiquis ſic quoque numen habes.*

adde TIBVLLLVM Lib. I. Eleg. 1. *Hinc*

corpus excedente magnitudine fabricatos, columnae, aut baſi grandiori imponebant illos veteres, vt in viis publicis ac finibus agrorum regionumque conſtituti, eminus vsque quaque conſpici, neque moueri loco poſſent. (o) Vnde quo pacto eiuscemodi aliquem deum in nummo inuenire noſtro integrum eruditis viris fuerit, prorſus non liquet. Praeterea quae de *Herculis* columnis *Seguſianis* atque *Celtarum* de iis perſuaſione, iuſto liberaliore *Apolline* commentus eſt, nobisque perſuadere adnititur clariſſimus MARTINUS, ea non alia ratione, niſi ſua nummi huius interpretatione, cuius tamen veritas in quaeſtione verſabatur, comprobare ſategit. Ecquis enim priſcus auctor vel vagam columnarum *Herculi* in *Seguſia* poſitarum fecit mentionem, aut *Gallos* veteres in illis ſibi arrogandis vltro ambitioſos fuiſſe, memoriae prodidit. Enimvero notitiam, quam de *Hercule* eiusque rebus *Celtae* habuerunt, omnem, in eos e *Graecorum Romanorumque* theologia dimanaſſe, certum

LACTANTIVS de falſa religione *L. I. c.* 20. terminales deos *ridens*, Huic ergo, *inquit*, publice ſupplicatur, quaſi cuſtodi finium deo, qui non tantum lapis; ſed etiam ſtipes interdum eſt. *v. auctores not. praec. laudati.*

o) *Immobile enim numen erat* Terminus deus, *cuius ſtatuam loco mouere ſummum erat piaculum.*

certum puto atque exploratum. (p) Atqui horum ſcriptores facta illius resque geſtas quamuis longa ſerie vltra placitum praedicent, columnasque eius *gaditanas* ſubinde celebrent, de *ſeguſianis* tamen ipſius laboribus, quantum mihi quidem conſtat, ſilent vniuerſi. Quid? quod vlterius *Herculem* proceſſiſſe, atque in ſeptemtrionali *Germania*, ad oceanum, erexiſſe columnas, communi olim *fama*, TACITO auctore, (q) *vulgatum fuit*, id quod & *Druſo*, *Romanorum* duci, in *Herculem* in ea regione inquirendi audaciam aliquando dedit anſamque. Neque *famam* hanc in *Germania*, proxima regione, celebratam, ac *Druſi Romanorumque* omnium *adſenſu* confirmatam, [illegible] *Seguſia-*

---

p) *Etenim quae de* Hercule X. Celtarum *rege* BEROSVS *recentior*, *& infidum hunc ducem ſecuti*, germanici & gallici ſcriptores *aliquam multi tradunt*, *fabulis adnumeranda ſunt*. Herculem *enim non magis*, *atque ceteros commenticios* Graecorum Romanorumque *deos omnes priſcis temporibus* Celtae *ignorabant ſecure*: *vtut illorum ſcriptores*, *inepto errore*, *ſua illis numina adſcribere nonnumquam haut dubitauerint*. *Subſequente autem memoria quin a* Graecis & Romanis *peregrinorum deorum notitiam cultumque qualemcumque acceperint*, *dubium non eſt*. *c. cl.* Io. Ge. KEYSLERI Antiquit. Sept. & Celt. *p.* 187. *ſ.* q) *de moribus German. cap.* 34.

Seguſianorum praeterlapſam eſſe aures, inducere in animum poſſum. Ceterum ſunt, qui paullo adhuc vlterius, in finibus ſcilicet *Celtarum* meridionalibus, vbi a *Graecis* ſeparabantur, columnam *Herculis* ſtetiſſe, litteris prodiderunt. (r) Tantum abeſt, vt in *Seguſianorum* regione heroa illum ſubſtitiſſe finemque ibi laborum feciſſe, quisquam perſuaſum habuerit veterum. Vnde quam parum praeſidii ac coloris auctoris noſtri relinquatur coniecturae, res ipſa indicat.

§. 9.

At enim *Armoricis ars*, ſeu *hars* finem, terminum ſignificat, idemque vocabulum, latina tantum terminatione prolatum, in nummo noſtro legitur. Equidem *armoricae linguae* antiquitatem non ignoro, eamque pro genuina *celticae* filia habeo lubenter. Sed longo aetatis progreſſu non parum a matris proprietate deſciuiſſe eamdem, atque e prouinciali *Romanorum* ſermone, vt alios taceam, multum peregrini vitiique attraxiſſe, id vero etiam ſatis inter eius conſultos conſtare noui. Proinde, quum non eadem eius ac priſcae *celticae* facies hodie ſit, huius quidem vetus vocabulum ARVS ex illa interpretaturus doctus *religionis veterum Gallorum auctor*, debebat fontem indicare, vnde recentiorem vocem *Ars*, terminum ſonantem, hauſerit, adeoque do-

r) *vid.* SCYMNVS CHIVS *in* Periegeſi *v.* 187. *ſ.*

cere, num a vulgi ſermone, an libris ſcriptisque tabulis mutuatus eam ſit: (s) debebat, vt de antiquitate adducti vocabuli conuinceremur, e priſcis litterarum monumentis eius *γνησιότητα* probare: debebat cum germanam ſororem, *Cambrorum* linguam, tum adfines dialectos alias, *gothicam*, *ſaxonicam*, *ſcandicam*, *francicam*, *alamannicam* ceterasque in ſubſidium vocare, inque earum ſuperſtitibus libris vocabulum *Ars* & *Hars*, aut conſonum aliud exquirere. Verum vt iſta neglexit; ſic, credo, ne actum egerit, eo ipſo cauit. Neque enim in cognatis eamdemque *celticam linguam* matrem agnoſcentibus ſermonibus vocabuli armorici *hars* reperire veſtigium ſcrutanti mihi licuit. Immo vero *Cambro-Britannis*, genuinis *Britanno-Gallorum* fratribus, limes, ſeu terminus dicitur *mars*, & inde terra limitanea *marsdit*, (t) quibuscum conſentit gothicum, *Marko*, ſaxonicum *Mearc*, ſcan-

s) *Idem propemodum in* F. Paulo PEZRONIO, antiquitatum nationis & linguae celticae ſcriptore *perdocto*, *haut immerito deſiderat vir* illuſtris Gottfr. Guil. LEIBNITIVS *in* Collectan. etymolog. *P. I. p.* 14. *Et vereor, vt doctiſſimus* religionis veterum Gallorum interpres *alibi, vbi in vocum celticarum origines inquirit, lectoribus ſuis hac parte fecerit ſatis.*

t) *v.* M. Z. BOXHORNII *lexicon* britannicae linguae *p.* 44.

ſcandica, francica & alamannica, *Mark*, *March*, *Merk*. (u) Qua ratione quum haec vox exigua tantum variatione, in *celticae linguae* dialectis ceteris omnibus frequentata & in hodierno etiam *Germanorum*, *Gallorum*, *Hiſpanorum*, *Anglorum* atque *Italorum* ſermone ſuperſtes ſit, veram eam ac propriam *termini finiumque* apud veteres *Celtas* fuiſſe adpellationem, vero omnino ſit ſimile. Ex quo non inepta forte coniectura colligas, cambricum illud *Mars*, quotidiana & concitatiore *Armoricorum* pronuntiatione, quod fieri in linguis adſolet, procedente tempore, truncatum paullulum, atque, per aphaereſin prioris litterae, in *Hars* primum, ac deinde in *ars* eſſe commutatum (x); niſi peregrinae for-

u) *v.* SCHILTERI Gloſſarium germanicum *v. Mark. p.* 571. *ſſ.*

x) *Addimus, vt nouam veri ſpeciem coniecturae noſtrae conciliemus, integrum vocabulum* March, *limitis notione*, Armoricis *aeque, ac* Pictonibus *atque* Andibus *eo minus inſuetum olim eſſe potuiſſe, quo frequentior* Marcharum *in communibus illorum legibus ac ſtatutis ſit mentio. In quibus illae praedia beneficiaria, in finibus prouinciarum ſita, denotant: de quorum iure ſingulari libro egit* Gabr. HVLLINVS, *quem Nannetis* cIↄ Iↄ cxvI. *euulgatum, inſcripſit:* Traité de la nature & uſages des Marches ſeparantes les Prouinces de Poitou, Bretagne & Anjou.

taſſis linguae acceptum illud referre malueris. Sed hanc rem *linguarum celticarum* peritioribus indagandam curatius relinquimus. Sufficit nobis potiores heic expoſuiſſe rationes, quare nobiliſſimo MARTINO, nummum ea, qua diximus ratione, explicare tentanti, adſenſum accommodare noſtrum haut queamus.

§. 10.

Ad alteram itaque illius expoſitionem, eidem docto viro recenſitam laudatamque vt deueniamus, auctorem illa quidem habet *Gallum* quemdam eruditum, atque in eo conſiſtit, vt in procerioris ſtaturae icone *Hercules*, in breuioris autem *Teleſphorus*, ſanitatis DEUS, agnoſcatur. Atque hanc eam omnino eſſe, quae veritati litet, ipſa nummi eiusque figurarum quemlibet, puto, facile conuincere poteſt *αὐτοψία*. Minor namque minoris effigiei ſtatura, puerum, aut deum potius iuuenem referens, pallium corpus totum & manum vtramque compreſſam apte conuelans, idque ad medias pedum ſuras demiſſum, eius forma & ſitus, ac pedum denique nuditas indubitatis indiciis *αὐτοπρόσωπον* nobis oſtendunt *Teleſphorum*, quippe qui eodem plane habitu in nummis *Pergamenorum*, *Nicaeenſium*, *Hierapolitarum*, *Cadoënorum* atque *Adrianopolitarum*, qui in Ezech. SPANHEMII, Andr. MORELLI, Car. PATINI, Io. HARDUINI, illuſtrium ac doctorum virorum notiſſimis, de re veterum nummaria,

com-

commentariis delineati maximam partem & expoſiti ſunt, nec non in praeſtantisſimo *antiquitatum explicatarum* celeberrimi *Bernhardi de* MONTFAVCON opere (y) conſpicitur. Maiore nummi ἐκτύπῳ interpretes plerique *Herculem* adumbrari cenſent. Neque alius DEI effigies eſſe poteſt, quum a ſiniſtra eius, ſi quidem recte cernimus, dependeat pellis leonina, & dextera clauae toroſae nitatur, atque corpus praeterea & magnum, & nudum adpareat: qui quidem habitus heroico numini in marmoribus nummisque antiquis proprius ſemper eſt. Equidem laeuo brachio ſuſpenſum velamentum lineis videtur paullo obſcurioribus expreſſum eſſe, vt non magis leonis exuuias, quam veſtimenti quodcumque genus in eo agnoſcere poſſimus. Et hoc vero ſi delineatum ſiſteret, nihil certe impediret, quo minus figuram ipſam *Aeſculapii*, dei medici, ſignum interpretemur. Eum enim nouimus, nudo nonnumquam corpore, manibus veſtimenta depoſita baculumque nodoſum, ad inſtar trunci ab arbore reciſi, tenentem, a veteribus pictum effictumque eſſe. (z) Quin & ſolemne ipſis fuit *Aeſculapio*, ſocium deum, *Teleſphorum* in templis

 aeque

y) *Part. I. tab.* 189.

z) *Eiusmodi habitu ex eleganti onyche expreſſum eumdem exhibet* du CHOVL dans la Religion des anciens Romains *p.* 103. (*edit. Lugdun.*)

aeque, ac nummis iungere. Sed, quum haec ſine nummi ἀρχετύπου contemplatione definiri haut poſſint, & ſupra laudati auctores gallici, quorum nonnullis hunc manibus contrectare oculisque vſurpare datum fuit, de *Herculis* figura conſentiant, ab eorum ſententia hac in re haut diſcedamus. Iam, quem in excudendo hoc nummo *Seguſiani* animo ſibi praefixum habuerint finem, facile eſt intellectu. Quemadmodum enim haut ſecus, ac reliqui *Gallorum* populi auitae religioni cerimoniisque patriis *Graecorum Romanorumque* ſacros admiſcere ritus non dubitarunt, ex quo mercaturae commercio, conſuetudine & familiaritate quotidiana cum iis coniungebantur: ita nominatim *Herculis* atque *Telesphori* cultum edocti, ſuam aduerſus hos deos pietatem atque reuerentiam teſtari hoc voluerunt nummulo. *Graecis fortitudinis* ac *ſanitatis dei* σύνναοι καὶ σύμβωμοι haut raro erant. (a) Quumque ab iis ac ſigillatim eorum

(a) *Sic* Coënſes, *Hippocratis populares, &* Gytheatae, *Laconiae haut ignobiles ciues, prae aliis diis,* Herculem *&* Aeſculapium *ſingulari venerabantur religione, conteſtantibus id PAVSANIA & nummis quibusdam antiquis. v. Io. HARDUINI, viri clariſſimi,* Opera ſelecta, *p.* 65. 91. *Apud* Meſſenios *magnificum* Aeſculapii *fanum, & huius filiorum, &* Herculis *ſignis ſplendidiſſimis ſuperbiuiſſe, idem auctor eſt PAV-*

rum colonia *maſſilienſi*, vicinam regionem habitante, horum cultum *Seguſiani* ſine dubio acceperunt, (b) mirum non eſt, quod eorum-

SANIAS in Meſſenicis; *vbi &* Abiae *inprimis, oppido* Meſſeniae, Herculis *&* Aeſculapii *templa valde illuſtria fuiſſe, docet. Praecipue autem huc pertinet* Coorum *quidam* nummus, *in quo* Herculis nodoſa claua, *iuxta &* baculus dei medici, *circa quem anguis voluitur, conſpicere licet. Exhibet eum Io. TRISTANVS dans* ſes commentaires hiſtoriques, contenans l'hiſtoire generale des empereurs. *T. I. p.* 168. *Siue autem dii ipſi, ſiue indubitata eorum inſignia, velut in hoc nummo, coniuncta ſint, perinde eſt.*

b) *In lyceo enim* Masſilienſi *publico, ad quod diſcendi cauſſa vndecumque conuolabant nobilisſimi* Gallorum, *praeter alia bonarum artium ſtudia, rem medicam docebant* graeci *eiusdem peritisſimi, qui publico ea propter ſtipendio alebantur. Teſtem habemus STRABONEM, qui de* ſitu orbis *Lib. IV.* Masſilienſium *rempublicam & ritus deſcribens,* Gallos *refert* Romanorum *exemplo excitatos, ad diſcendas* Masſiliae *bonas litteras, animum, & priuatim, & publice adplicare; illic autem praeter ſophiſtas, qui priuatis ſumtibus eo commearent, publicis etiam ciuitatum ſtipendiis cum ſophiſtas, tum* medicos ali. (σοφιστὰς ὑποδέχονται τοὺς μὲν

dem effigies iunctim in ſuo exhibuerint nummo.

§. II.

Atqui *Hercules*, ex veterum opinatione, non ſolum viribus & *robore* praeſtans deus; ſed *ſanitatis* etiam *cuſtos* erat conſeruatorque. (c) Quodſi itaque quaeſiueris, vtra harum

---

ἰδίᾳ, τοὺς δὲ αἱ πόλεις κοινῇ μισθούμεναι, κάθαπερ καὶ ἰατρούς.) *Eo magis autem deorum ſuorum cognitione diſcipulos* gallicos *imbuiſſe putandi ſunt* medici maſſilienſes, *quo eadem minus carere poterat* graecorum medicina, *ſuperſtitioni non parum ſubiecta.*

c) *Corporis robur & ſanitas vt natura inter ſe cohaerent; ſic vtriusque auctor conſeruatorque paganis credebatur* Hercules: *vtpote qui inter* deos medicos *non vltimum tenuit locum. Vſus eſt in* arte apollinea *addiſcenda, doctore* Chirone, *ſucceſſu adeo felici, vt in eadem,* PLUTARCHO in amatoriis *auctore, maxime floruerit. Vnde quod morbos depulit, &* Athenienſes *ſigillatim peſtilentia liberauit,* ἀλεξικάκου *nomen, quod PAVSANIAS in* Arcadicis *teſtatur, meruit. Et herbae variae, morbi itidem & medicamenta quaedam, nomina ab eo ſortita, indicium ſine dubio ſunt illuſtrium, quae in* arte medica *olim dedit, ſpeciminum. V.* hiſtoriae medicae *ſcriptores celebriores,* Dan. CLERICVS *dans*

harum facultatum, vt in *ſeguſiano* nummo ex-

 ſculptus

l'hiſtoire de la Medicine *L. I. c. X. p.* 31. Andr. Ottom. GOELICKIVS Hiſt. Med. *Per. III. & IV.* §. 64. *p.* 215. *ſſ. &* Io. Heinr. SCHVLTZIVS *H. M. P. I. S. II. c.* 2. *p.* 94. *ſ. Neque extra oleas vagaſſe prorſus putandi ſunt οἱ χαριέςατοι,* LANCISIVS & Ge. Wolfg. WEDELIVS, *qui celebratos* Herculis *labores de morborum rebellium & nocentiorum exſtinctione, aliisque in conſeruandam hominum valetudinem meritis, non ſine ingenio & veriſimilitudine, explicarunt. Id interim, PAVSANIA referente, certum eſt,* Hyetti, Graeciae *vrbis incolas a ſolo* Hercule, *non aliis diis morborum curationes petiiſſe; id quod* Boeotios *etiam feciſſe, inde haut temere colligitur, quod in ipſorum regione ἀσκληπεῖον nullum, quod indicare in* Boeoticis ſuis commentariis *potuiſſet, inuenit laudatus auctor. Immo non aliam ob cauſſam, quam medicae artis peritiam* Herculi conſeruatoris, *ſeu* Σωτῆρος *agnomen in nummis antiquis marmoribusque tribui putauerim: quippe quod* medicis *olim proprium erat. v. celeber.* Chriſt. Gottl. SCHWARTZII *doctiſſima in de* Aeſculapio & Hygea inſcriptionem *disputatio p.* 20. 21. *Ceterum quo auctore* Herculem celticum, Aleſiae, *ſeu Alexiae* Mandubiorum *vrbis, ſi* DIODORO

ſculptus ſit, meruerit potiſſimum; cum comitatus *Teleſphori*, tum membrorum ac pedum in primis ſtatus, quo non ſolum altera manu; ſed potiore corporis parte ei videtur inniti, non obſcure declarant, quod non velut bellator, aut heros; ſed tam

credimus, conditorem, Io. PICARDUS *in* priſca Celtopaedia *Lib. III. p.* 127. *tradat,* artis medicae *peritia excelluiſſe, nec pauca medicamina, ac inprimis egregii vſus alexipharmaca inueniſſe, mihi non conſtat. Neque adſentiri doctisſimo* Roberto SHERINGHAMO *velim, qui in eleganti* de Anglorum gentis origine diſceptatione *cap. V. p.* 93. *&* 96. Herculis Marcuſani *cognomen ἀλεξίκακον, malorum ac morborum depulſorem, e cimbricis vocibus* mar, *morbum, aut malum damnumque generatim, &* cwyſan *conterere, aut elidere ſignificantibus, explicat: Siquidem in* Walachriano *lapide pro* maguſanus, *perperam* marcuſanus, Abr. ORTELIO *obſeruante,* Iac. EYNDIVS *& alii, quibus* SHERINGHAMVS *credidit, legerunt, neque* Herculis *hoc cognomentum, interueniente canina littera, marmoribus aliis nummisque inſcriptum reperitur. Confer celeberrimi viri* Herm. Vlr. a LINGEN kleine teutſche Schrifften *P. II. p.* 43. *ſ. Interim* Maguſano Herculi ipſi ſcientiam medicam *abiudicatam non volumus.*

tamquam ſanitatis praeſes, ſiue *medicus deus* heic exhibeatur. Quocirca etiam, quem dextera comprehendit baculus, non tam claua eſt, pugnae certaminique apta, quam ramus oleae, aut lauro abſciſſus, atque ſemi-amputatis ſurculis aſper, *medico* potius, quam *bellatori* conueniens. (d) Sua igitur lingua *Herculem*, eumque *medicum* nominaturi, titulum ei ARVS, *medicum* notantem, καὶ' ἐξοχὴν tribuerunt *Seguſiani*. (e) Siue itaque *Aeſculapium*, aut *Herculem* maiorem nummi figuram interpreteris, eique vocabulum ARVS adſcribas; ſiue illud ad *Teleſphori* effigiem, vt plerisque omnibus interpretum placuit,

d) *Legantur quae de* Herculis *claua* & dei medici *baculo docte disputat* Gisb. CVPERVS *in* Harpocrate *p.* 55. *ſſ.*

e) *Adde, quod* & Graeci deos medicos *haut raro communi vocabulo* τῶν ἰατρῶν *ornauerint. Sic v. g. apud* Balanagraeos Cyreniorum Aeſculapius καὶ' ἐξοχὴν *diceba-tur* ΙΑΤΡΟΣ. *PAVSANIAS in* Corinth. *p.* 53. (*edit. Aldinae, Venet.* cIↃ IↃ XVI. *excuſae.*) τὸ δὲ ἐν Βαλανάγροις, ταῖς Κυρηναίων ἐστὶν Ασκληπιὸς, καλούμενος ἰατρός. *Pariter* Aegis *in Cilicia templum* Aeſculapio ὡς ἂν ἐπὶ Σωτῆρι καὶ ΙΑΤΡΩ, *tamquam ſeruatori* & medico, *conſecratum erat, teſte* EVSEBIO *in* vita Conſtantini, *Lib. III. c.* 36.

cuit, (f) referas, nec commodiorem, nec aliam omnino vllam attribuere ei notionem, quam *medici*, ipſis nummi figuris ſic exigentibus, poteris. Ceterum anterior eius facies, clarior eſt, quam quae explicatione egeat. Exprimit enim inſcriptione teſte, ſub galeati capitis ſymbolo, ipſam *Seguſianorum prouinciam*, more in antiquis nummis ſolemniore.

§. 12.

Ad aetatem nummi huius quod attinet, ſunt, qui ante CAESARIS, *Romanorum* imperatoris tempeſtatem cuſum eum in *Seguſia* arbitrantur. (g) Id quod vt certis adſtrui documentis forte haut queat; peruetuſtum tamen illum eſſe, rei antiquariae peritis negandum non eſt. Quandoquidem autem nummum aetate adhuc ſuperat vocabulum ARVS, antiquisſimo illud tempore *Gallis* in vſu fuiſſe, exiſtimare ſine errore poſſumus. Sed ſubiiſſe id interim communia verborum omnium fata, atque temporis progreſſu cecidiſſe, hodieque *Gallis* incognitum plane eſſe, non

f) *Doctisſimus MARTINVS, ſi is quidem, quod heic ponimus, auctor eſt, in de* religione veterum Gallorum *libro L. IV. c. 7. p. 25. Tout le monde, inquit, convient, que le mot* Arus *doit s' appliquer à la petite figure.*

g) La Religion des Gaulois *l. c. p. 25.*

non mirabitur, qui conuerſiones & viciſſitudines ingentes, quibus horum, & publicae res, & lingua ſubiecta ſaepius fuerunt, memoria repererit aliquantiſper. Neque vero prorſus tamen periit; ſed in hodierno illorum & *Britannorum* etiam *ſermone* clara reliquit veſtigia: Quae heic luſtrare aliquantum, operae pretium eo magis erit, quo minus *Gallis* ipſis obſeruata ſunt adhuc. Vſitatisſima autem iis, cui *medendi* ac *ſanandi* vis ſubiicitur, vox eſt *guerir*, quam *Cambro-Britanni*, Guil. CAMDENO referente, (h) *gerif* pronuntiant. Olim & auorum adhuc memoria, vt libri antiquiores & lexica docent, mutata vocali priore, *Galli* eam *guarir* ſeu *garir* ſcripſerunt protuleruntque. (i) Vnde *Italis*, ad quos e *Gallia* haut dubie peruenit, vocabulum illud, eodem *ſanandi* ſignificatu, *guarire* hodie quoque vſurpatur. Equidem fuerunt, quibus a *latinorum variare* id deducere placuit,

h) In deſcriptione Britanniae p. 22.

i) *Vt vel vnum teſtem adducamus*, Guil. GVIART, *poëta vetuſtior Gallus*, in hiſtoria Galliae *MSCta apud* CANGIVM Gloſſario latin. *T. III. p.* 298. *voce hac vtitur, ita canens:*

Grant dueil en orent Creſtiens,
Tant que tous ſes phyſiciens,
Qui de lui garir *s' entremiſſent,*
D' aſſentement commun li diſtrent, cet.

placuit, hac, quam adferunt ex ratione, quod, qui alium *ſanet*, morbo propulſato, valetudinem *variet* ac *commutet* in melius. (k) Sed, quin inſulſius ineptiusque quid fingi dicique iſta ἐτυμολογίᾳ poſſit, addubito. Vnde merito eam quidem refutauit Wolfgangus HUNGERUS, (l) *patriae linguae* vindex non indoctus; ſed metam ipſe praeteruehitur, dum gallicum *garir* a vocabulo germanico *gweren*, ſiue *gewehren* deflectit, quod *ſanare* ſtrictiori, & ampliori ſignificatu notare participem aliquem rei cuiusdam facere, adfirmat. Hoc enim quamquam ſono haut multum ab illo abeſt; *ſanandi* tamen notione nec noſtris vſurpatur *Germanis*, nec maioribus vſurpatum eſſe, comperio. Similiter *germanicam* originem vocabulo huic tribuit illuſtris *Carolus du* FRESNE, (m) qui a germanico *ward*, aut priſco potius *Wara*, cuſtodia, vocabulum gallicum *garir*, aeque, ac latino - barbarum *garire*, cuſtodire, tueri, deflectit. Sed non recte diſtinguit vir prae-

k) *v.* Wolfg HVNGERVS in linguae germanicae vindicatione contra exoticos quosdam; *in elencho ad tabulas* Bovillianas. *voce*, Gaairir, Garir. *Prodiit hic liber, hodie perrarus*, Argentinae cIↃ IↃ LXXXVI. *in octonis.* l) *l. c.*

m) *In* etymologico vocabulorum linguae gallicae, *ſubiuncto eiusdem* Gloſſario latinitatis. p. 1703.

praeſtantisſimus diuerſae cum notionis, tum generis vocabula. Barbaro - enim latinae voces *garire* & *warantire* ac *Gallorum garder*, cuſtodire, & *garantir*, praeſtare, fidem ſuam interponere, adfines quidem eiusdemque originis ſunt; ſed cum vocabulo priſco gallico *garir*, *guarir*, commercii nihil habent, praeter ſoni quemdam concentum, qui tamen, quum alia non adſint cognationis vincula, parum momenti heic, in re etymologica, trahit. Rectius itaque CAMDENUS voces *guerir* & *gueriſ* non e *latina*, aut *germanica*; ſed *antiqua gallica*, hoc eſt, *celtica lingua* repetenda exiſtimat, vtut in origines earum inquirere ſibi haut ſumſerit. Atqui priſcam eius, quam apud *Gallo-Celtas* habuit faciem, exquiſituri, *franco-gallicum gu*, aut ſimplex g, quod illi tam germanicis, quam vetuſtioribus vocibus praeponere in ſermone ſoliti fuerunt, (n) abiicere debemus,

n) *Frequenter* celticae linguae dialecti *aliae vocabulis tum a conſonante, tum maxime a vocali incipientibus, ad intendendum ſonum, litteram* w *praeponunt: aliae ac inprimis* franco-germanica g, *ac addita vocali* ge, gi, *&* *huius aemula* franco-gallica, cambrica *item ac* armorica g, *&* gu *in illius locum ſubſtituunt. Quas quidem litteras* προσθετικὰς, *quando verborum origines ſcrutamur, negligi, aut abiici oportet, Subiiciemus quaedam exempla.* Odinus,

mus. Quod dum facimus, ecce nobis ſinceram *celticam vocem* ARIR, quam *ſanare, mederi* antiquiſſimis iam *Gallis* ſonuiſſe, eo minus dubium eſt, quum nomen medici ARVS perfecte ei congruat: Vt itaque alterius vim ac ſignificationem declarat alterum verbum; ita

---

celeberrimus Germanorum ſeptemtrionalium deus, variantibus dialectis, Hoden, Woden, Vodan, Ghodan & Gwodan *in priſcis monumentis ſcribitur. Danicum & Suecicum* ord *verbum, Belgae & Germani efferunt* Woord, Wort. *Gothi* Vaard, *Cambri*, gair. *Particulam german.* an, *ad, apud, Cambri & Armorici enuntiant* gan. *ASaxonicum* unnan *fauere, Scandicis* unna, *German. infer. eſt* gunnen, *ſuperioribus* gönnen. *Scandicum* Undr *mirum, Anglis & Belgis* Wonder, *Germanis eſt* Wunder. Glük *German. felicitas, Anglis* luck, *Islandis* lucka, *Suecis* lyk. *Germanicam* Weiſe, *Gallis & Anglis eſt* Guiſe. *Noſtrum* leben *viuere*, Notkero *ſcribitur* gleben. Raub *rapina, Gloſſis pezianis* Giroub; *noſtrum* rauben *ſpoliare, illis* girupan. *Gothicum* runa *myſterium, Francis erat* Giruna. *Atque hac ratione ſicut priſcum germanicum* Arzan *mederi, Franco-Germani* gearzan *etiam pronuntiarunt;* (*v.* §. 3. *p.* 11.) *ſic priſcum gallicum* arir *Franco-galli, ad acuendum ſonum*, garir, guarir *extulere.*

ita quae proxima paragrapho diſſeruimus, ea re confirmantur egregie. Quodſi itaque priſca *Gallorum* lingua ARVS medicum & *arir* ſanare denotauit, non immerito inde colligimus, *veteribus Germanis* eadem vocabula, eodem ſignificatu, eodemque, aut, ſi mauis, leuiter, pro dialecti ratione, mutato ſono, vſurpata fuiſſe. Hi enim, quod cum *Gallis* linguae commercio iuncti fuerint antiquitus, pro comperto atque explorato heic ponimus. (o)

D §. 13.

o) *Communem* celticae linguae *vſum* Germanis *&* Gallis, *quibus &* Britannos Hiſpanosque *iungas, attribuentes, non imus infitias, exſtitiſſe aetatis progreſſu inter illos aliquam, quae* dialectorum *eſt, differentiam: id quod* CAESARIS *memoria vſu iam veniſſe, ex eius* commentariis *de* gallico bello *intelligimus. Secus equidem ſentiunt, & diuerſitatem, neſcio quam,* gallici *ac* germanici *veteris* ſermonis *comminiſcuntur* Beat. RHENANUS (rerum german. *Libro II. p.* 211. *edit. Argent. cIↄ Iↄc x.*) Stephanus SKINNERUS (*in praefat.* lexici etymol. anglic. linguae) Io. Phil. VORBURGICUS) *in* Hiſtor. Rom. Germ. *Tom. I. p.* 44. *ſ.*] *aliique. Sed ſententiae ſuae nulla adferre poſſunt praeſidia, niſi aliquot e* CAESARIS commentariis *loca, quae de linguarum differentia explicant, quum de dialecto-*

§. 13.

Sed alio iam vocabuli noſtri ARZT anti-
quita-

rum tantum varietate, ſi quae alibi narrat CAESAR, *ad ea comparemus, ſint exponenda. Enimuero non defuerunt, qui vlterius progreſſi,* Gallorum linguam *eamdem prorſus cum* graeca *fuiſſe, arbitrati ſunt. Quae quidem* Gallis *olim ſententia*

Arriſit veluti Balbino polypus Agnae.

Vnde, tamquam Sibyllae praecepta, amplexi eam ſunt certatimque propoſuerunt Carolus BOVILLUS, *in de* differentia vulgarium linguarum *libro*, Ioa. PERIONIUS *in de* origine linguae gallicae *tractatu*, Io. PICARDUS *in* priſca Celtopaedia, Fr. Noel TALLEPIED dans l' hiſtoire de l' etat & republique des Druides, Eubages, Sarronides. *cet.* Iac. BURGOINUS *in libro* de origine vulgarium vocum, Petr. BONFONTIUS dans ſes antiquités de Paris. Io. BODINUS *in* methodo hiſtoriarum, *aliique plures, quibus propius nonnumquam accedere nulli dubitarunt*, Petr. BORELLUS, Aegid. MENAGIUS, academici regii, *& nouiſſime* Iacobus MARTINUS, *viri ceteroquin eruditisſimi. Errorem hunc conflauit fabula, a* BEROSO *illo commenticio eiusque commentatore veteratorio* Viterbienſi ANNIO *excluſa, atque a* PICARDO, CHASSANAEO, FORCATULO,

quitatem ſummam demonſtrabimus docu-

TALLEPIEDIO, *ceteris, incruſtata atque ad nauſeam vsque repetita, qua Noachi quosdam nepotes, narrant, relicta Aſia, recto in* Galliam *itinere delatos, hanc incoluiſſe atque aliquanto poſt colonias in Graeciam, habitatoribus tunc vacuam, miſiſſe, quae illi quidem linguam ſuam, quae* graeca *erat, vna cum litteris, legibus ac bonis artibus primum intulerint. Quae quidem recitaſſe, perinde eſt, ac confutaſſe. Vnde, exploſis hisce opinationibus, rectiori viae inſtiterunt* Io. AVENTINUS in Annalibus Boiorum, *L. I. p.* 22. *(edit. Baſil.* cIↄ Iↄ *xxc.)* Aegid. TSCHUDUS *in Raetiae* alpinae deſcriptione, *c.* 38. *apud* SCHARDIUM *in* rer. german. ſcriptor. *T. I. p.* 298. Wolfg. HUNGERUS *in laudata* linguae german. vindicatione, Io. Heinr. OTTIUS in Franco-Gallia. Iuſt. LIPSIUS epiſt. 44. *cent.* 3. epiſt. ad Belgas. Ioſ. SCALIGER in Scaligeranis *p.* 239. Phil. CLUVERIUS Germaniae antiquae *L. I. c. V. VI. VII. VIII.* Chriſtoph. BESOLDUS in de natura populorum & lingg. ortu libro, *cap.* 17. Io. Iſ. PONTANUS in gloſſario priſco gallico, Petr. LAMBECIUS in comment. de auguſta bibliotheca Caeſarea Vindobon. *Tom. II. p.* 427. Iuſt. Geo. SCHOTTELIUS in der teutſchen Sprach-

mento, eoque e *Celtarum orientalium*, aut *Scy-*

Kunſt, *L. I. paneg. VIII.* Dan. Geor. MORHOFIUS im Unterr. von der teutſchen Spr. c. 2. Io. SCHILTERUS *in praefat.* Gloſſarii Teutonici *f. XV. XVI.* & Gottfr. Guil. LEIBNITIUS in Collectan. etym. *P. I. p.* 81 -- 154. *vbi inſignem vocabulorum cambricorum, e* Boxhorniano lexico *hauſtorum, numerum, e* germanica lingua *explicare ſibi ſumſit. Neque ſecundum laudatos hosce auctores iudicari non poſſe, vel inde conficitur, quod* Galli *vltimis temporibus vnam eamdemque gentem conſtituerunt cum* Germanis, *immo his originem ſuam debent. Id quod noſtra memoria ſagaciores* Gallorum, *qui monumenta veterum curatius ſcrutantur, fatentur vltro; in quibus omnium inſtar celeberrimos viros,* Aug. CALMETUM *&* Iacobum MARTINUM *heic iam laudabimus. v. illius* commentarium in Geneſin *cap. X. p.* 230. *hunc in* religione veterum Gallorum *Tom. I. p.* 47. *Huc accedunt* germanicorum gallicorumque populorum *crebriores in alterutrius regionem migrationes & diſcurſus, fixas ſaepius alteri in alterius ſolo ſedes perpetuumque cum gente, quae remotior antea fuerat, commercium parantes. Quae quantum, ad linguae aequalitatem conſeruandam, habuerint momentum, res ipſa indicat. Taceo ſingu-*

Scytharum potius *lingua* petendo. Subminiſtrat id HERODOTUS, antiquiſſimus, qui aetatem tulit, *Graecorum* hiſtoricus, qui *hiſtoriarum* Lib. I. c. CV. de *Scytharum Europaeorum* in Aſiam expeditione agens, refert inter alia, quosdam illorum, quum Aſcalone in Palaeſtina commorati fuerint, *Veneris Vraniae* templum, idque antiquiſſimum, ibi eſſe depeculatos; deam autem ſacrilegium vindicantem, iis ideo immiſiſſe θήλειαν νȣ̃σον, *morbum femineum*, (p) ad poſteros ipſorum omnes,

 his

larem armoricae & cambricae linguae, *quae veteris* gallicae *propago eſt, ac priſci hodiernique* Germanorum ſermonis *conſenſum, cuilibet, ſi hunc illi contulerit, facile ſub viſum intelligentiamque cadentem.*

p) De femineo *hoc* Scytharum morbo HIPPOCRATES *in* de aëribus, aquis & locis *libro* §. 49. *ſ. fuſius agens, eum conſtitiſſe adfirmat in* κέδμασι, *ſeu adfectionibus, e fluxu in coxendices ſubortis, quas non tam irae diuinae, quam harum laeſioni a crebriore equitatione tribuit, ſterilitatisque cauſſam non raro eſſe obſeruat. Putauerim eum haemorrhoidum moleſtisſimam quamdam fuiſſe valetudinem. Peculiarem de hoc* Scytharum femineo morbo *diſſertationem ſcripſit vir elegantiorum litterarum omnium cognitione excellentisſimus, isque auguſtae, quae* Goettingae *naſcitur* academiae *doctor illuſtris*, Gottl. Sam. TREU-

his ipſis id non diffitentibus, propagatum: Hinc videri ab iis, qui in Scythiam, ſuo tempore, ſe deportarent, morbo iſti apud illos *medentes, quos quidem ENAREAS adpellitarent Scythae.* (q) Atque ita, quae HERODOTI diligen-

---

ERUS, Theſauro antiquitatum germanicarum, *quem typis parat, inſerendam. Vnde, vbi in lucem, perenni litterariae rei commodo, exiuerit praeſtantiſſimum illud opus, curatiorem morbi huius notitiam haurire poterunt rei antiquariae & medicae cupidi.*

(q) *In iis quidem* HERODOTI *exemplis impresſis, quae mihi iam ad manus ſunt, iisque a* Ioach. CAMERARIO *Baſil.* cIↄ Iↄ LVII. & Gottfr. IUNGERMANNO *Francof.* cIↄ Iↄ c VIII. *euulgatis, ita lego:* τοῖσι δὲ τῶν Σκυθέων συλήσασι τὸ ἱερὸν, τὸ ἐν Ἀσκάλονι, καὶ τοῖσι τουτέων αἰεὶ ἐκγόνοισι ἐνέσκηψε ὁ θεὸς θήλειαν νοῦσον. ὥστε ἅμα λέγουσί τε οἱ Σκύθαι διὰ τοῦτο σφέας νοσεῖν, καὶ ὁρᾶν παρ' ἑωυτοῖσι τοὺς ἀπικνεομένους ἐς τὴν Σκυθικὴν χώρην, ὡς διακέαται, τοὺς καλέουσι Εναρέας οἱ Σκύθαι. *Sed vitioſos atque ſenſu deſtitutos poſteriores in hoc loco eſſe verſus, quilibet videt. Ecquid enim ſibi volunt verba:* & videre eos, qui in Scythiam, quemadmodum licuerit, veniunt, apud ipſos: (*Scythas*) eos enareas vocant Scythae? *Ecquid enim eſt, quod videre dicantur illi?*

diligentia fuit, innoteſcit nobis antiquiſſi-

 mum,

Equidem IUNGERMANNUS *cum* Heinr. STEPHANO *ſupplent*: eo morbo adfectos. *Quo pacto non ad* medicos; *ſed aegrotos referenda eſſet vox* Enareas. *Verum incommode ſatis. Remotior enim a connexa verborum ſerie atque HERODOTO inuſitatior eſt* ἔλλειψις *iſta, quam quae lectorum intellectui patere ſtatim & admitti queat. Adhaec ſub peregrinorum conſpectum facilius veniebant* medici, *quam morbo, eoque ſecretiore adfecti. Aliam itaque medelam, eamque mitiorem laboranti auctoris loco adlaturi, aliquot tantum litteras in vulgari lectione mutabimus & vocabula:* ὡς διακέαται, *per ſe otioſa, legemus:* ὠυτοὺς διακέοντας, illos ſanantes. *Qua ratione facilis hic & aptus inde emergit ſenſus:* & ab iis, qui in Scythiam veniunt, inter eos (*Scythas*) illis medentes (*laborantibus videlicet femineo morbo*) conſpici, quos (*medentes*) Enareas adpellant Scythae. *Atque ita in quibusdam HERODOTI exemplis, aut membranis MSCtis legi crediderim.* Laurentius *certe* VALLA *in* verſione *auctoris noſtri* latina *non aliter hunc locum interpretatus eſt. Et qui eius verſionem emendarunt atque cum codicibus, manu exaratis contulerunt* Conr. HERESBACHIUS *&* Sebaſtianus CASTALIO, *horum ver-*

mum, quo *Scythae medicos* ſuos olim adpellarunt,

borum laurentianam interpretationem *retinuerunt. p.* 22. *iſtius* verſionis, *editae* Coloniae *cIↄ Iↄ LXII. in forma maiori. Vnde colligo, in codicibus, quibus vſi ſunt Mſctis ita, vt expoſuere, legiſſe laudatos viros. Quidquid interim eſt, de* medicis, *non de aegrotis heic ſcripſiſſe* HERODOTUM, *ex eiusdem Lib. IV. p.* 12. (*edit.* Camerar.) *ſatis dispaleſcit. Ibi enim de* Scytharum *moribus de induſtria exponens,* Enareas, *ſeu* Enarias *hosce, tamquam* vaticinatores *&* medicos Scytharum *deſcribit. Moris enim apud hos eſſe, refert, vt tres illorum maxime probati ad regem, quoties aegrotauerit, vocarentur, de morbo eiusque causſis exiſtimaturi. Id quod* medicorum, *non aegrotantium eſt munus. Nec obeſt, quod a* diuinandi arte *auctori ibi cognominentur. Priſcis enim temporibus* ea medicinae *coniuncta ſemper fuit. v.* Io. BEVEROVICII ideam medicinae veter. *p.* 11. *Vnde vtriusque ſcientiae gnari, nunc* vates, *nunc* medici *adpellebantur. Praeterea modum, quo, in ſanandis, femineo morbo laborantibus,* Scythis, *medici iſti vſi ſunt,* HIPPOCRATES *deſcribit c. l. Secabant ſcilicet hi aegrotis venas, poſteriori aurium parti proximas, tantamqne ſanguinis copiam mitti curabant, vt obdormiſcere inciperent illi. Vnde eo minus de* Scythicis *noſtris* medicis *dubitandi locus relinquitur. Ceterum in*

runt, vocabulum ENAREAS. Cuius notionem et, quam cum *germanica lingua* habet adfinitatem, miſſis περιστήσεσι hiſtoricis, noſtrum iam erit exquirere. Equidem *Heinricus STEPHANUS*, vir multarum linguarum adprime gnarus, cum Λεξικογράφοις aliis id exponit *exſecrabiles*, ſeu *exſecrationi obnoxios*.(r) Sed fallitur vir eruditisſimus. Quamuis enim Graecorum lingua Ἔναρος *abominandum*, *exſecrabilem* ſonet; attamen, praeterquam, quod talis adpellatio, qua teterrimae nequitiae reos omniumque ſcelerum nota conſperſos homines deſignamus, in *medicos*, viros honeſtos & vitae humanae vtilisſimos, qui apud populares auctoritate & dignitate plurimum valebant, cadere haut potuit; non a *Graecis*; ſed *Scythis* ipſos nomen illud reportaſſe, diſerte tradit HERODOTUS. Τὸς, inquit, καλεῦσι Εναρέας οἱ Σκύθοι. Nequicquam

D 5

laudata HERODOTI verſione latina *Lib. IV. p.* 117. *verba:* ſed Enaries, qui ſunt androgyni, *emendanda, iisque ſubſtituenda ſunt illa:* Sed Enaries & Androgyni. *In graeco enim codice non legitur:* οἱ δὲ Ενάριες, οἱ καὶ - - *ſed:* καὶ οἱ ἀνδρόγυνοι. *Quod ideo moneo, quod doctiores quosdam viros, hac fortasſis verſione inductos,* Enaries *cum* Androgynis *h. e.* medicos *cum* aegrotis *ioculari errore commiſiſſe reperiam.*

r) In theſauro graecae linguae, *h. voce.*

quam igitur a *Graecorum ſermone* ſubſidium petitur in explicando vocabulo *Scythis vernaculo:* quippe cuius ratio & notatio in *ſcythica lingua*, aut, quum illa dudum deſierit, in eius, quae ſuperat, progenie quaerenda eſt.

§. 14.

Iam ſicuti populi omnes, vaſtum illud terrarum ſpatium, quod Rhenus, Oceanus, Tanais, Pontus Euxinus Danubiusque ambiunt, olim incolentes, communi *Scytharum* nomine, perinde ac boreales Aſiae gentes veniebant; (s) ſic naturali eos ſanguinis, linguae ac morum communitate iunctos inter ſe fuiſſe, multa ſunt, quae certiores nos reddunt documenta & veterum ſcriptorum teſtimonia.

s) *De hac* Scythiae *latitudine agunt* STRABO Geograph. *Lib. II. & XI.* DIODOR. SIC. Biblioth. Hiſt. *L. II.* PLINIUS Hiſtor. Nat. *L. IV. c.* 12. *p.* 192. *vbi inter alia*, Scytharum, *inquit*, nomen vsque quaque tranſiit in *Sarmatas* ac *Germanos*. Nec aliis priſca illa durauit adpellatio, quam qui extremi gentium harum, ignoti prope ceteris mortalibus degunt. *Adde* Phil. CLUVERIUM in Germ. antiqu. *L. I. c.* 2. *p.* 22. *ſ.* El. SCHEDIUM *de* diis German. Syngr. *I. c.* 1. *p.* 4. *ſ.* (*edit. Halae* cIɔ Iɔ cc xxiix.) Caſp. BARTHIUM *in* aduerſariis *L. LVI. c.* 15. & Iac. Car. SPENERUM *in* Notitia German. antiquae *L. III. c. IV. p.* 120.

nia. (t) Et in his vero *Scythicis populis maiores noſtri*, virtutis rerumque praeclare geſtarum gloria eminentes, quin patriorum rituum aeque, ac linguae religioſi ſemper fuerint conſeruatores, atque vtraque incorrupta poſteris tradere laudi ſibi duxerint, (u) qui res illo-

(t) *Legantur, quae hanc in rem docte diſſerunt* Rob. SHERINGHAM *in* diſceptat. de Anglorum gentis origine *c. IX. X. XI. p.* 179. *ſ.* Mar. Zuer. BOXHORNIUS *in* Hiſtor. vniuerſ. *ad ann. CCI. &, qui eadem fere adfert* Io. LOCCENIUS Antiq. Sueo-Goth. *L. I. c.* 1. *p.* 2. *ſ.* Thorm. TORFAEUS *in* ſerie regum Daniae *L.* II. *c.* IV. *p.* 128. *ſ.* Gottf. Guil. LEIBNITIUS *in meditat.* de originibus gentium, *Tomo* I. Miſcellaneorum Berolinenſium, *p.* 3. *ſ. ac inprimis celeberrimus vir* Iuſt. Chriſtoph. DITHMARUS *in doctiſſima* de Germanorum & Gallorum origine ſcythica *exercitatione, quam in* exercitat. ſubſeciuarum francofurtenſium *Tom.* II. *ſect. I. reperias.*

u) *Hinc eſt, quod ei principis* linguae ſcythicae *indolem puriorem longe atque incorruptiorem ad poſteros transmiſerunt, quam alii, qui & genus, & ſermonem* Scythis *debent populi: quos inter eruditi* Graecos *&* Latinos *etiam referunt, quibus quidem, ob frequentiora cum exteris nationibus commercia, & ingens rerum nouarum ſtudium, con-*

illorum priſcas non ignorat, dubitabit nemo vnus. Vnde fruſtra non ſunt, qui eorumdem linguam *ſcythicae* dialectum, aut, ſi mauis, prolem ſtatuunt. (x) Quid multa? Vocabulum *Enareas* ſibi ipſum facile *germanicae* non minus, quam *ſcythicae*

---

tigit, vt, temporis ſpatio non adeo longo, vernacula ipſorum lingua diuerſam plane a parente ſcythica *induerit faciem. Qua de re latius heic exponere, inſtituti noſtri non fert ratio.*

x) *Conſtans haec & communis fere eorum, qui linguae ac rerum patriarum conſultisſimi ſunt, eſt ſententia, quam argumentis variis demonſtrarunt propugnaruntque celeberrimi viri* SALMASIUS, GROTIUS, BOXHORNIUS, LOCCENIUS, SCHERINGHAMUS, IUNIUS, STIERNHIELMUS, KIRCHMEIERUS, MORHOFIUS, VERELIUS, TORFAEUS, LEIBNITIUS, STRUVIUS, TENZELIUS, a STADE, VITRINGA, HERTIUS, DITHMARUS. alii. *Rationes, quibus, vt in hanc ſententiam irent, commoti ſunt doctiſſimi viri, quum in eorum ſcriptis latius expoſitae vbiuis legantur, heic repetere nihil refert. Et quae* Io. *SCHILTERUS in praefat.* Gloſſarii Teutonici §. 2. *ſ. iis obiecta voluit, ſi curatius ſcrutentur, dilui ſine negotio poterunt.*

thicae ius ciuitatis adſerit. Ecquis enim *Germanus* in eo non ſtatim deprehendit *medici* adpellationem patriam, *en arſt, ein arzat?* (y) Prima namque ſyllaba *en* articulus haut dubie *en*, *ein*, eſt, quem imperite HERODOTUS, homo graecus, *ſcythicique ſermonis* non adeo gnarus, (z) vocabulo forte adligauit, quod *Scythas medicum* ſingularem vulgo: *en Ares* vocare, audiuerit. Id quod, ſi cui haut probatum fuerit, isque illud *Enareas* vocem ſinceram continentemque eſſe perſuadere ſibi velit,

y) *Fauet huic huius vocabuli expoſitioni vir excellentisſimus* Gottl. Sam. TREVERVS, *qui, vt data eam heic opera explicauerimus, auctor nobis, quod gratisſimo agnoſcimus animo, pro ſuo in nos fauore, fuit.*

z) HERODOTVM, *ſollertiſſimum ceteroquin priſcarum rerum indagatorem,* ſcythicae *tamen* linguae *rationem cognitam non ſatis exploratamque habuiſſe, vel id documento eſſe poteſt, quod eam ab* Amazonum *ſermone diſtinguens,* Scythas *multo labore hunc vix addidiciſſe L. IV. p.* 134. *refert. Atqui* Amazones Scythasque *prorſus fuiſſe* ὁμογλώττους, *ex illarum, quam ab his trahunt, origine, ex* APOLLONII *vetere* Scholiaſte *in Lib. II. v.* 948. *quin & ipſius* HERODOTI *relationibus aliis facile conſtat. conf. ven.* Paulli Ern. IABLONSKI *disquiſit.* de lingua Lycaonica, *Berolini* cIↄ Iↄ cc *XIV. excuſam, p.* 15.

velit, hic primam eius ſyllabam pro particula, quam Grammatici *praepoſitiuam* dicunt, habere tali poteſt, quales olim ornatus, aut ſoni acuendi cauſſa, vocibus quibusdam praefigere *veteres Germani* ſolebant. (a) Quidquid interim placet, *notationem* huius vocabuli *germanicam* egregie comprobat hodierna *Hungarorum* lingua, cui medicus *Oruos* & medicina *Oruoſſog* ſonat. Etenim *Arus*, ſeu *Ares* & *Oruos*, & contractius *Orus* eadem vox eſt, differentibus tantum dialectis prolata. Namque diuerſis pronuntiandi modis vti vocalium omnium; ita ſigillatim τοῦ a & o permutatione nihil frequentatur magis: id quod vel hodiernarum dialectorum ſuperioris & inferioris *Germaniae* ratio quemlibet docet. Atqui *Hungari*, *ſcythici ſanguinis* populus, quemadmodum e remotioribus *Scythiae* regionibus ſero in Pannoniam delati, cum veteribus incolis,

a) *Talis eſt particula AN, parum, aut nihil, ſi dialectorum diuerſitatem ſpectes, ab altera EN differens. Occurrit ea in non paucis vocabulis. v. g.* Mal, *naeuus, macula, ASax.* Mael, *Francis & Alamannis, vt* Pezianae gloſſae *oſtendunt, praefixa illa particula enuntiabatur* Anamal; *& inde naeui, ſeu ſtigmata* animali, anamali. Vernunft, *intellectum priſci* Germani Anvernunft, *vt in* gloſſis Lipſianis *eſt, dixerunt.* Tur *non magis, quam* Antur *Cambris & Armoricis auſum, molimen denotat, cet.*

colis, *Auaribus* ibi commiſti ſunt; ſic *ſcythicam linguam*, eamque recentiorem, & illorum commercio aliquantum variatam, poſteris ſuis adhuc propagarunt. (b) Vnde priſcum *ſcythicum medici* nomen *ARES* retinuerunt, quamuis, pro dialecti ſuae differentia temporisque longioris progreſſu, in *Oruos* mutatum. Quae quum ita ſint, quod ſupra, (c) vocum priſcarum *ἀναλογίᾳ* iuuati, probabili coniectura adſecuti ſumus vocabulum ARES, principem atque vetuſtisſimam *medici* apud *Scythas* maioresque noſtros adpellationem fuiſſe, HERODOTI teſtimonio extra dubitationis aleam poſitum iudico. Quumque ille quinto ante SERVATORIS noſtri natiuitatem ſaeculo floruerit, de vocis iſtius vetuſtate exiſtimare facillimum erit.

§. 15.

Sed de vocabuli ARZT antiquitate & pronuntiatione varia plus ſatis hactenus. Iam de illius notatione, aut ſi mauis, *ἐτυμολογίᾳ* [illegible] vide-

b) *v.* Illuſtris LEIBNITIUS *in diſſertatione* de origine gentium *Tom.* I. miſcellaneorum Berolinenſium *p.* 9. *De* linguae hungaricae origine ſcythica *nemo doctius elegantiusque expoſuit maxime rev.* Matthia BELIO, *verbi diuinioris* Presburgi *in Hungaria interprete longe meritisſimo, in exercitat.* de vetere litteratura Hunno-Scythica, Lipſiae clↄ Iↄ cc VIII. edita. c) §. 6. p. 22.

videbimus. Vt vero aliorum de ea cogitationes primum recenſeamus, illuſtres quidem viri, *Iobus* LUDOLFI & *Gottfr. Guil.* LEIBNITIVS (d) in vocabulo latino-barbaro *artiſta* vocis *germanicae* ARZT ſibi inueniſſe viſi ſunt ἔτυμον. (e) Sed vt in meletematibus illorum, quae patriam linguam ſpectant, etymologicis, quae ad eius ſtudium animum modo adplicantes, in litteras retulerunt, haut pauca non ſatis digeſta, nec examen curatius ſuſtinentia reperias; ita hanc huius vocabuli deriuationem in illis merito ſuo adnumeres. Qua enim veri ſpecie vox inſolens & ſe-

d) *v. huius* collectanea etymol. P. II. p. 270. 274.

e) Sunt & alii huic ſententiae fauentes. Πρῶτον, vt dicamus, quod res eſt, ψεῦδος in vulgari opinione, de *medicina* in *Germania vetere* prorſus exule ac ſerius eius, nec ante medium aeuum *Germanis* monſtrato vſu, offendas. Hinc putant, *medicos Romanos* cum arte & nomen artis *Germaniae* intuliſſe. Sed quemadmodum ab alicui negato rei, aut muneris vſu, ad nominis eius ignorationem temere conſequentia nectitur: ita oppido falſam atque ineptam iſtam eſſe opinionem, ex iis, quae ſupra §. 1. & 2. diximus, conſtare iam quodammodo poteſt, & alibi fuſius nobis demonſtrabitur.

& ſerius, medio, quod aiunt aeuo a latini ſermonis imperitioribus conficta, aut ex alio vocabulo corrupta, verbi *germanici* longe antiquioris parens credi poterit? Ecquae eſt, qua moueamur ſufficiens ratio, cur foras in barbara lingua vocum quaeramus originem, domi in patria vbiuis obuiam? Et quae tandem vocibus *Arſte*, *Arcet*, *Ercet*, *Arzat* cum *artiſta* intercedit ſiue ſoni, ſiue notionis conuenientia, quae vinculo cognationis neceſſario hanc illis iunctam eſſe doceat? Taceo alia huius *etymologiae* ἀτοπήματα. Aliter ſentit diligentisſimus *linguae germanicae* indagator, *b. Dietericus* a *STADE*,(f) qui vocabulum ARZT a germanico *art*, naturam, genus indolemque ſignificante, deflectit, hanc notationis ſuae adferens rationem, quod *medicus* de *indole* humani corporis potisſimum ſollicitus ſit, huiusque corruptam morbo naturam amiſſasque vires ſanare atque reſtituere, vi muneris ſui, ſtudeat. Sed etiamſi ingenio non caret haec explicatio, & cognata ſono vocabula *art* ſunt & *arzt*; longius tamen, quam par erat, mihi videtur petita; ſiquidem *naturae*, ſeu *indolis* ac *medici* notiones non id habent adfinitatis, quod in coniuga-

 tis,

f) *in egregio libro:* Erläuter- und Erklärung der vornehmſten deutſchen Wörter, der ſich D. Luther in Uberſetzung der Bibel gebraucht. p. 86. (*edit. Brem.* cIɔ Iɔ CC XXIV.)

tis, ſiue eiusdem generis vocibus eſſe debebat. Non ferre autem grammaticum ſolemus, quando cicadae apem, tibiam tubae atque noctuae aquilam comparare ſatagit. Proinde, quin hac in re adſentiam doctiſſimo STADENIO, impetrare a me haut poſſum. Enimuero propius, mea ſententia, a veritate abeſt Gerhardus MEIERUS, theologus quondam apud *Bremenſes* non incelebris, dum vocabulum *Arzt* cum voce *art*, *erd*, *erde*, terram eiusque fructus denotante, confert, inque his illius originem ſcrutatur. (g) Atque hanc ἐτυμολογίαν, curatius diductam, vberius explicare noſtrum iam erit.

§. 16.

Verum itaque vocabuli noſtri ARZT, aut celtici ARES, ſiue ARUS ἔτυμον eſſe cenſemus vocem AR, omnibus *celticae linguae* dialectis communem. Quae quum πολύσημος ſit, potiores, quae ei ſubiecti ſunt, ſignificatus paullo latius exponere iuuabit. Atqui princeps horum & praecipuus *terrae* notionem complectitur, (h) qua vox haec *Cambris* &

g) *v. eius epiſtolam ad* LEIBNITIUM *in huius* collectan. etym. *l. c.*

h) *Docta eſt* Io. Ge. WACHTERI, *viri clariſſimi, coniectura, qui a geolatris, terram deam & principium vniuerſi, immo & initium* germanicae gentis *cenſentibus, illam* Ar *vocatam autumat, propterea quod Scandicis populis haec vox & eius loco* ord Saxo-

& *Armoricis*, fidis *celtici* ſermonis cuſtodibus, in vſu eſt atque honore. *Burgundionibus* in compoſitis quibusdam vocibus, v. g. *Arnotte*, nux terreſtris, *erdnus*, ſuperat. (i) *Angli*, *Saxones* & *Hyberni* ſimplicius hoc vocabulum in *eard*, *eorth*, *Gothi* in *Airtha*, *Franci* ac *Alamanni* in *Erda*, *Belgae* in *Aerd*, *Sueci* & *Dani* in *Jord*, (k) *Islandi* in *Jard*, *Jo'rd*, *Jaurd*, (l) pro dialectorum varietate, mutarunt. Immo *Latinos* ipſos antiquitus vocabulo *erda* vſos, idque poſtea per litterarum μετάθεσιν in *terram* mutaſſe, e vocibus *homerda*, *bucerda*, *mucerda*, hominis, bouis, muris ſtercus denotantibus, nonnulli colligunt. (m) In *etruſca lingua*

E 2 vetere,

nibus *principium originemque rei haut raro indicat.* *v. ipſius* gloſſarium Germanicum *in* prolegom. *p.* 50. *&* *voc.* Erde *p.* 129.

i) *v.* Aegid. MENAGII etymolog. gallicum *v.* Arnotte.

k) *v.* Franc. IUNII gloſſarium Gothicum *quod* Gothicae & ASaxonicae euangeliorum verſionibus *a.* clↄ Iↄ c LXV. Dordrechti, *a ſe editis*, *ſubiunxit p.* 75. *&* *b.* SCHILTERI Gloſſarium teutonicum, *in v. v.* *Earth*, eorthan, erd.

l) Gudmundi ANDREAE *Islandi* lexicon islandicum *Hafniae a* I. P. RESENIO clↄ Iↄ c LXXXIII. *editum*, *p.* 129. *v.* *Iörd*.

m) Ios. SCALIGER *in* Scaligeranis *p.* 80. G. D. MORHOFIUS im Unterricht von der teutſchen Sprache. *C. VI. p.* 108.

vetere, *celticae* haut dubie cognata, frequentiſſimum fuiſſe vocabulum AR, ſeu ARVM, ex nominibus locorum ac hominum propriis, quae ex iſta, veluti e naufragio ſuperſunt tabulae, recte obſeruat *Scipio MAFFEUS*, vir celeberrimus, idque ex hebraico הָר, regionem montanam, cliuumque interpretatur: (n) quod tamen non inepte fortaſſis generaliori notione *terram quamcumque* explicare, atque inde latinum *aruum* deducere queas. Conſentit celtico AR *Graecorum* ἔρα, *Hebraeorum* אֶרֶץ cet. Et haec princeps vocabuli *Ar* poteſtas aliam prorſus cognatam genuit, effecitque, vt illius generalior notio eidem attribueretur. (o) AR itaque *Celtis Scythisque agriculturam* etiam & ſpeciatim *arationem*, atque huius generis verbum *ara, aran*, terram colere & quacumque ratione ſubigere ſignificauit. Hinc *Gothis arian*, *ASaxon. erian*, *erigan*, *Alamannis erren, earen*, *Belgis æren*, *eeren*, *eren*, (p) *Islandis*

er,

n) *In commentat.* de priſcis ac primis Italiae incolis, *quam in latinum ſermonem verſam, Lipſ. a.* cIↃ IↃ cc XXXI. *euulgauit cl* Io. Ge. LOTTERUS *p.* 25.

o) *v.* Magni OLAVII lexicon runicum, ab Ol. WORMIO *Hafn.* cIↃ IↃ c L. *editum*, *p.* 8. *cel.* Val Ern. LOESCHERI litteratorem celtam *p.* 74.

p) IUNII Gloſſarium gothicum p. 64. SCHILTERI gloſſ. teut. *v.* eren *p.* 269.

er, *yr*, *yria*, *eria*, *eriade*, *urde*, arare ſonuit. (q) *Cambris* ab hoc ſignificatu eſt, *aradr* aratrum, *arnodd* buris, *arddwr* arator, *aredig* arare. (r) Cimbris & Scandiae incolis AR olim etiam arationem, aratrum, hodie *ardr* & *armador*, aratorem, agricolam denotat. (s) *Era* in LL. *friſicis*. IX. 18. *ahren in ſpeculo Saxon.* L. III. art. 20. *eeren* Lib. II. art. 46. & in *ſpeculo Sueuico* c. 207. *arandi* ſenſu occurrit. *Sueuis* hodie quoque arare agrum eſt, *einen Acker eren*, *umeren*. Conſonat Polonorum *orze*, Pruſſorum veterum *arriu*, (t) Graecorum *ἀρȣ͂ν*, Latinorum *arare*, cet. Denique viſum *maioribus noſtris* fuit, eodem vocabulo AR *terrae prouentum* atque adeo *agriculturae* effectum exprimere; & hoc ſignificatu in monumentis litterariis *ſeptemtrionalium* potiſſimum *Germanorum* ſupereſt: quippe in quibus AR *annonam omnisque generis fruges* denotat. (u)

 Eam-

q) Gudm. ANDREAE lexicon island. *h. h. v. v.* r) BOXHORNII lexicon linguae britannicae *h. h. v. v.*

s) v. Ge. HICKESIUS in theſauro lingg. vet. ſeptemtr. *Tom. I. p.* 163. *n.* 3. t) *v.* Matth. PRAETORII orbem gothicum *L. I. c.* 7. *p.* 86.

u) *Frequenter hac notione in libris* Islandorum *vetuſtis occurrit.* *Sic EDDA SNORRII P. I.* mytholog. 22. til ARS og fridar: pro annona & pace. *In HERVARAR* ſaga *cap. XI. p.* 125. *ſ.*

Eamdem vim retinet in vocabulis quibusdam compoſitis, quae in illorum libris antiquioribus occurrunt. Sic *arbot* eſt reparatio, ſeu *reſtitutio annonae*, quam verris maxime ſacrificio, deae *Friggae* oblato, fieri putabant. (x) FREIERUS in *Edda* dicitur *argot*, annonae deus, cui praepoſitus erat. Pariter ſeptemtrionalibus *Germanis Arangur* & *hallaeri* annonae caritatem, frugum frumentique defectum ſonuit: (y) quemadmodum e contrario *Arſæll* principem illi dixerunt, ſub cuius imperio frumenti rerumque omnium vber erat prouentus: (z) quod nomen *Erico*, Sueoniae regi victorioſo, ac *Hauaduro*, *Orcadenſium* comiti ideo adhaeſit. Notum praeterea eſt, litterarum runicarum inuentores vocalem A ſua lingua *aar* adpellaſſe, atque vomeris forma ᛅ effinxiſſe. Vnde eius notam

---

vox AR pro annona felice, *& vbere prouentu bis ponitur. In SNORRII* Sturlaei Chronico Norwagiae *ſaepius hac ſignificatione legitur. v. g. ubi de rege* Olao *agitur, ita habet:* ok blotudo honum til *ars* ſer: *&* pro ſacrificio obtulerunt eum, *ad annonae vbertatem* impetrandam. x) *v. HERVARAR* Saga *c. XIV &* Ol. VERELII *ad illud adnotationes p.* 140. y] *HERVARAR* Saga *cap. XI. p.* 124. *c. VERELIUM in* notis *ad cap. IV. p.* 54. z) Magni OLAVII lexicon runicum *p.* 9.

notam pro ſymbolo vbertatis agrorum & annonae bonitate in carminibus αἰνιγματικοῖς haut raro poſuerunt poëtae veteres, *Scaldri.* (a) Apud *Germanos* quidem *meridionales* generalis *frugum* notio vocabulo AR videtur deceſſiſſe: ſed ei tamen in illius locum ſubiectus eſt ſingularis *ſpicae* ſignificatus, quod frugum praeſtantiſſimae iuxta & vtiliſſimae ſunt magnamque annonae partem continent frumenti *ſpicae.* Itaque *ariſta*, ſeu *ſpica* A Saxonibus *ear*, Francis & Alam. *Aher* ac *Ahir*, Belgis & German. inferior. *are*, ſuperioribus *aër*, *ähre* effertur. (b) Adhaec ſicut Latinis, a *frumento*, eſt *frumentari*, frumentum colligere; ita a vocabulo AR non inepte formarunt *Germani arnon* metere, *inarnon*, fruges colligere. Atque hinc *aran*, *arno*, *arnat* Francis & Alamannis dicitur meſſis, *arnar*, meſſor, *arnzit*, tempus meſſis. (c) *Aranſcarti* in LL. Baiuuar. T. XII. c. VIII. meſſis incantationem denotat. Hinc menſem auguſtum CAROLUS magnus *Arn* - aut *aranmonath*, h. e. menſem meſſis, germanice reddidit, (d)

 quem

a) *v.* Ol. WORMIUS de litteratura runica *c. XVI p.* 87. *c. XIX. p.* 96. Ol. VERELIUS *in* Runographia ſcandica *c. VII. p.* 30.

b) *v. SCHILTERUS* in Gloſſario teutonico *v.* Aher. *p.* 17. Diet. a *STADE* in explicat. vocum germ. verſion, bibl. *LUTHERI. p.* 72. c) *SCHILTERUS l. c. v.* Aran. *p.* 60. d) *Referente*

quem adhuc pars Belgii *Arnmaend* ideo vocat: ſicut *Pomerani* epulum, meſſoribus dari ſolitum, *ene Arnd-Collatie* dicunt. (e)

§. 17.

Atque a ſimplici hoc, quod iam explicauimus vocabulo AR, *terram, agriculturam & annonam* deſignante, *Celtae* & in his *Galli veteres*, addita terminatione VS, quam ſubſtantiuis & munerum vocabulis adieciſſe videntur, (f) ARUS

EGINHARTO in eius vita. *p.* 114. (*edita Argentor.* clↄ Iↄ c XLIV. *vna cum* Io. Ioa. FRANTZII Hiſtoria Caroli M.) *& SIGEBERTO* gemblacenſi *in* Chronico ad *ann.* DCCXCIV. *apud* Io. PISTORIUM *Tom. I.* rer. germ. e) *v.* Io. Phil. PALTHENIUS *in animaduerſ. ad* Tatianum. *p.* 363.

f) *Multa enim vocabula veterum Celtarum ſubſtantiua in VS terminata graeci latinique ſcriptores exhibent. Exemplo ſint*, ambactus, *comes*, cucullus, *veſtimenti genus*, gilarus, *ſerpillum*, viſumarus, *trifolium*, circius, *venti genus. cet. His addas nomina principum & ducum propria, eaque plurima, velut*, Diuiaticus, Bellioueſus, Betuitus *cet.* deorum *item* celticorum, *videlicet*, Boccus, Camulus, Cernunnus, Dulauius, Nemauſus, Voſegus. *cet.* Cambri *terminationis VS* ῥωμαΐζούσης *loco in munerum ac dignitatum nominibus UR adhibent; cui* wer *ASaxonum*, wair *Gotho-*

ARUS nomen &, ſuffixa alia, pro verborum indole, ſyllaba, vocem ARIR, aut ARIRE, ſanare, mederi efformarunt. *Germani antiquiores*, vt linguae *ἀναλογία* ſuaſit, inde deflexerunt haut dubie verbum *aran*, & adpoſita terminatione ER, nominibus officiorum ac dignitatum propria, (g) vocem ARER, quam variante dialecto, quidam *germanici populi*, & cum his *Scythae ARES* enuntiarunt, *medici* notionem ei ſubiicientes. *Angli* & *Saxones ſanare* videntur primum *arian*, aut *arire*, & deinde a nomine *ARES*, *areſian*, & addito T ARISTAN, ſeu WARISTAN dixiſſe, vnde *medici* vocabulum ARIST ac contractius ARST defluxit. Id quod vocabulum *Franci* & *Alamanni*, extenſiorum ſyllabarum amantes, ARCET, ARSAT & ARZAT protulerunt, coniugatum verbum ſanare, ARZAN elocuti. A *Francis* & *Alamannis* vt mores & linguam vniuerſam; ſic nominatim *medici* adpellationem hereditatis iure acceperunt

E 5 *Ger-*

rum & noſtrum er *reſpondet. Omnes hae terminationes eumdem fere ſenſum, quem Latinorum* vir *admittunt. Et fieri potuit, vt* Celtis, *idem* ur, *quo nunc* Cambri *vtuntur, olim placuerit, atque e graecae latinaeque linguae contagio, in VS, procedente tempore, ſit mutatum.*

g) *v. Celeberrimi nobisque non ſemel laudati Jo. Ge. WACHTERI* gloſſarium germanicum, *p.* 19.

Germaniae ſuperioris incolae, quam tamen, pro more, eliſa vocali, in ARZT (h) contraxerunt. Atque hoc pacto vocabuli huius γένεσις liquide cognoſcitur. Neque vero difficile eſt eius rationem reddere veroſimilem: quae quidem, pro diuerſa principis vocabuli AR ſignificatione, non vna eſſe potuit. Quodſi itaque ad primam *terrae* notionem reſpicias, vocabulum ARZT *hominem* proprie ſonabit *agrarium*, *ruralem*, *campeſtrem*, h. e. talem, qui ruri habitat atque in agris verſatur. Et ibi vero vitam tranſigebant veterum *Germanorum medici*, quippe qui, vt herbas, vſui ſibi in medendo futuras, colligerent, ſiluas ac ſaltus diſcurrebant certatim, atque dumeta ac prata vicina eo frequentius perreptabant, quod anxie ſedula, immo vero ſuperſtitioſa diligentia varii generis ritus, plures herbas abſciſuri ac radices euulſuri, per artis ſuae & religionis praecepta, obſeruare debebant. (i) Proinde, quum humi ſerpe-

h) *Vulgo quidem hanc vocem duplici T, ARTZT ſcribunt. Sed quum T. medium dialecti & monumenta antiquiora ignorent, neque vocabuli notatio, nec ſonus illud requirat, omitti ſine fraude a ſcribentibus germanis poterit.*

i) *Vt vel vnicum huius rei exemplum memoremus*, Druides verbenam *herbam, in medicum vſum, collecturi, exibant circa canis ortum, hac cautione, vt nec ſol, nec luna con-*

ſerperent multum, eique veluti adfixi viderentur, fieri omnino potuit, vt alii, a *rei medicae* ſtudiis alieni, ARESES, ARZATES, AERZTE, id eſt, *rurales*, *campeſtres*, quaſi dicas, *erdleute*, *erdmänner*, *erdweiber*, ſiue per iocum, ſiue, re ſic exigente, eos cognominandi anſam arripuerint. Accedebat agrorum cura reique ruſticae ſtudium, ad quod, ſingulari prorſus inſtituto, *feminae* apud *Germanos veteres* incumbebant, viris venationi atque bellicis occupationibus deditis. (k) Atqui

ſpiceret, & fauis ac melle terrae ad piamentum datis, circumſcribebant ferro plantam; quam, vbi manu ſiniſtra effoſſa eſſet, in ſublime ferebant, atque in vmbra ſeparatim folia, caulem ac radicem ſiccabant, referente PLINIO Hiſtor. Natur. *L. XXV. c.* IX. *p.* 1148. *Non abſimiles, in colligenda herba* Selagine *ac* Samolo, *obſeruabant ritus, &* viſcum *in primis* quernum *longa cerimoniarum ſerie, ſacrificiis epulisque ſub arbore praeparatis, demetebant: id quod idem pluribus docet* PLINIVS H. N. L. XXIV. *c.* II. *p.* 1109: & *Lib.* XVI. *c.* 44. *p.* 750. *conf. La* Religion des Gaulois T. I. L. II. *c.* 23. *p.* 385.

k) *v.* TACITVS *de* Mor. German. *cap.* XV. §. 2. & STRABO Geograph. *Lib. III. p.* 298. (*Verſion. latin. Amſtel.* MDXLIX. *in forma min. editae*) *qui agriculturae ſtudium omnibus in vniuerſum*

qui *illas medentium* olim munus expleuiſſe, eique primas omnium operam nauaſſe, ſupra iam monuimus. (l) Quid? quod ſubſequente memoria, quum rectius diſtributis ſexus partibus, agricultura viri quoque delectarentur, & hi vulnera obligare, aegrisque herbas ac medicamina porrigere datum ſibi putarunt. (m) Iam ſicuti vox priſca ARES &

celticis, hiſpanicis, ſcythicis thracicisque mulieribus *tribuit. Adde* Phil. CLUVERII Germaniam antiquam *L. I. c. XIIX. p.* 163. *& doctisſimi popularis noſtri,* Io. Chriſt. CLEFFELII Antiquitates Germanorum ſeptemtrionalium. *c. II. p.* 84. l) §. 1. *p.* 2.

m) *Exemplum huius rei inſigne habemus in* iuuene ruſtico *nobilisſimum* germanorum ſeptemtrionalium *heroa* STARCHATERUM, *grauisſimis vulneribus confectum, feliciter ſanante, apud* SAXONEM Grammat. *Hiſtoria Danica. L. VI. p.* 1[1]2. *(edita a Io. STEPHANIO) &* Ol. MAGNUM *in epitome* Hiſtor. ſeptemtr. gentium *L. V. c. VI. p.* 172 *(edit. Lugdun. Bat.* clɔ ᴅ ᴄ xʟv.) *Aliud* coniunctae medicae artis & agriculturae *apud* priſcos Germanos *documentum exhibet* ruſticus *quidam* Norwagiae, *qui* Haraldum, *regis* Olaui ſancti *fratrem, acceptis e vulneribus aegrum, medicamentorum ope, ſaniti priſtinae reſtituit. v.* Thorm.

& noſtrum ARZT, ſi a principe vocabulo AR, *agriculturam* notante, deducas, propriam *agricolae* & *coloni* notionem ſuſtinere potuit; ſic nihil impediuit, quo minus, cum a crebriore in agris ſiluisque diſcurſu & commoratione, tum *ab agricultura*, nominis illa loco, *medicis* attributa ſit, iisque, vtut ſepoſita poſtea rei ruſticae cura, ex vſu tamen ſemper adhaeſerit. Sed aptior adhuc verique ſimilior iſtius denominationis cauſſa facile nobis ſuccurret, ſi eam vocis AR vim, qua *annonam*, *fruges*, *flores* & *omnis generis herbas* exprimit, fueri-

TORFAEI Hiſtorias rerum orcadenſium *L. I. c. XIV. p.* 56. *Non ignobile autem antiquitus apud* maiores noſtros *infimisque tantum e plebe dignum munus* agricultura *habebatur. Sed, vt coloni omnes ingenui erant rei publicae ciues; ſic illuſtres ſaepe viros principumque purpuratos* ruſticae rei *operam dare turpe non fuit. v. laudatus* CLEFFELIUS *l. c. c. X. p.* 353. *ſ. id quod ideo adiicimus, ne inglorium atque inauſpicatum forte noſtris* medicae artis doctoribus *videatur*, *ruricolas* anteſignanos ipſorum *in munere a nobis heic praedicari: quamuis non in* Germania *ſolum; ſed in ipſa* Graecia, *& vbiuis fere gentium, homines* rei ruſticae & paſtoritiae deditos medicinam *olim, antequam vſu & ingenio exculta in artis formam redierat, exercuiſſe, cognitum ſit atque exploratum.*

fuerimus contemplati. Quandoquidem enim in illorum collectione, praeparatione & diſtributione iuſta vniuerſa propemodum *ars medica* apud veteres populos omnes aeque, ac *Germanos* abſoluebatur; (n) conuenientius illius peritis nomen imponi nullum poterat, quam ARES, aut, vt hodie effertur, ARZT, vtpote quod propria notione, vi originis, *frumentatorem*, *βοτανόλογον*, ac *pharmacopolam* deſignat; atque hoc principe ſignificatu in antiquisſimis *reuer.* PEZII *gloſſis pigmentarius* exponitur. (o) Et geminam prorſus ἐτυμολογίας rationem in aliis *medicorum nominibus* germanicis iam iam deprehendemus: ad quorum explicationem, quum huius vocabuli disquiſitioni diutius forte, ac lectorum ferre patientia poterat, immorati ſimus, properantes nos iam accingimus.

CAP. II.
DE VOCABVLORVM
LACH ET FROM
AC CONIVGATARVM VOCVM PRONVNTIATIONE VARIA, VSV ET NOTATIONE.

§. 1.

n) *v. ſupra*, §. 2. *p.* 5. o) *v. ſupra*, §. 3. *p.* 8.

§. 1.

Explicandum iam nobis ſumimus vocabulum, quod non ob antiquitatem ſolum; ſed latiorem etiam vſum, quo ſe in dialectos *celticae & ſcythicae linguae* pleraſque omnes diffundit, proximum ſibi merito locum a voce ARZT vindicat. Intelligimus nomen, *medicum* denotans, quod propinquior noſtro ſermoni *francica* & *alamannica dialectus* LACH, & aliae aliter paullo enuntiarunt. In cuius indolem & notationem inquirere dum ingredimur, diuerſam primo loco diuerſorum idiomatum pronuntiationem & ſcriptionem, eiusdemque generis vocabula alia, excuſſis aliquantisper antiquioris aeui monumentis, notabimus, initium a *francica* & *alamannica lingua* facturi. Et haec vero, quemadmodum iam memorauimus, vocabulum illud LACH protulit. Vtitur eo interpres *harmoniae euangelicae TATIANI Syri theotiſcus*, quem ſaeculo IIX, aut minimum IX. vixiſſe, linguae veteris peritioribus perſuaſum eſt; qui *verſionis ſuae* cap. LVI. commate 4. vocem (a) LACHES, *medici*, in ſecundo caſu, eoque ſingulari, & cap. LX. comm. 3.

a) *p.* 105. (*editae a cel.* Io. Phil. PALTHENIO *Gryphisw.* c I) I) cc VI.) *vbi ita habet:* Ni habent notthurfti thie heilon *Laches;* ouh thie ubil habent. Non neceſſe habent ſani *medicum ;* ſed qui male habent.

3. (b) in ſexto plurali LACHIN, *medicis* vſurpat. Vnde, quum poſteriores ſyllabae *es* & *in* caſuum, quos dixi, notae ſint, *medicum* ſingularem in primo caſu *Francis* atque *Alamannis* LACH dictum eſſe, patet. *Ioannes* quidem SCHILTERUS variantes illorum idiomatis pronuntiationes LACHI & LAHHI addit, (c) & *Franciſcus IUNIUS*, vir, ſi quis vmquam de *litteratura veterum Germanorum* praeclare meritus, (d) I illud finale recto etiam caſui adponit. Et coniugata, nobisque ſtatim recenſenda vocabula, *lahchida* & *lachin* litteras h & i admiſerunt. Sed, vt illa luxurianti & aberranti non raro, quo litterarum monumenta antiquiora ſcripta ſunt calamo, haec autem deriuationis rationi tribuenda tantum videtur, atque LAHHI, aut LACHI ſcriptum nullibi reperimus; ſic talem illud vocabulum enuntiandi modum *Francis* & *Alamannis* certo attribuere non auſim: quamuis ſat ſciam & ſupra notauerim quoque, (e) *maiores noſtros* ſubſtantiuis ſuis nominibus perſaepe vocales, & inprimis τὸ i ornatus cauſſa, ſuffigere, & duplice h h, τὸ C H, aut K, ſonum non raro exprimere. Verbum, quo *ſanationis*

b) *p.* 111. Inti uuas managu tholenti fon uuola managen *Lachin:* & fuerat multa perpeſſa a compluribus *medicis.*

c) *in* Gloſſario teutonico *h. v. p.* 524.

d) *in* Gloſſario gothico, *voce* leik, *p.* 230.

e) §. 6. *p.* 20. *n.* (*c*)

tionis actum *Franci* deſignarunt, *Lachan* fuiſſe, e vocum ἀναλογίᾳ liquet: quod vt in libris illorum idiomate ſcriptis, nondum inuenerim; mutata tamen vocali, qui ſingularum etiam dialectorum mos eſt, apud OTFRIDVM in *opere euangelico* LOCHON & LOKON, atque, adiecta particula παραπληρωματικῇ GI, (f) GILOCHON, ſiue GILOKON ſubinde legitur. (g) Quae quidem pronuntiandi ratio *Alamannis*, ſonum rauciorem amantibus, familiarior forte fuit, quam *Francis*. In *gloſſis*, quae RHABANO MAURO vulgo inſcribuntur, LOHOT redditur *fouet*,

f) *v. ſupra* §. 12. *p.* 47. *n.* (*n*) g) *In praefatione* OTFRIDI *ad* Ludouicum *regem v.* 150. *in codice Vindob. ita legitur;* Kriſt *lokomo* in thaz müat ſin. *Verbum* lokomo *b.* STADENIUS *&* *celeberrimus* Io. Geo. SCHERZIUS *optime interpretantur* loko imo, medeatur ipſi. *v. huius adnotat. ad h. l. p.* 7. *Lib. III.* oper. euangel. *cap.* 1. *v.* 63. *p.* 157: *ſic canit* OTFRIDUS: Giloko *mir thaz minaz muat:* ſana *mihi mentem meam. L. IV. c. XXXVII. v.* 35. 36. *p.* 314.

Ioh unſih io gilicho
Gilocho liublicho.
Atque nos omnino pariter
ſanet ſuauiter.

Lib. V. cap. XX. v. 152. *p.* 367. Siuchi in mir gilochot, morbos in me ſanaſtis.

fouit; (h] quod idem verbum eſt, leniore tantum ſono prolatum. Neque *fouendi* & *ſanandi* notiones ita inter ſe differunt, vt eodem vocabulo cuſtodiri commode nequeant. *Remedium* a voce LACHAN mederi LACHIN, &, addita particula *da*, qua in abſtractarum notionum vocibus delectabantur, (i) LACHIDA dixerunt. Illud in NOTKERI LABEONIS, viri docti, diuique Benedicti inſtituta in coenobio *Sangallenſi* profeſſi, *interpretatione & paraphraſi Pſalmorum*, circa initium ſaeculi XI. ſcripta, legitur; (k) hoc, quod primo fere loco ponendum erat, debemus *interpretationi regulae diui Benedicti theotiſcae*, a KERONE, coenobii eiusdem ciue, ſaeculo iam octauo, adeoque nongentos ante annos, adornatae, quae *medicamina diuina* theotiſce LAHCHIDA *cotchundera* transfert. (l) Similiter *medicina* ab eodem themate LACHENUNGA *Francis* & *Alamannis* vocata eſt, quod e laudata *Notkeriana diuinorum Dauidis*

h) *v. laudatus* SCHERZIUS *c. l.*

i) *v. cel.* WACHTERUS in gloſſario German. p. 13.

k) *Pſalm. LXX. comm. 1. p. 142. (apud* SCHILTERUM *Tom. I.* antiquit. German.) Ander remedium (*lachin*) ne iſt iro ane gratia DEI (gotes kenada). Aliud remedium nullum eis eſt, niſi gratia DEI.

l) *Cap. XXVIII. p. 139. apud SCHILTERUM l. c.*

uidis carminum paraphraſi iterum intelligimus. [m]

§. 2.

Reſpondent *Francis* & *Alamannis* in hac *medici* adpellatione *Angli* & *Saxones*, quippe qui *medicum* LÆC & LAECE cognominarunt: quae voces in *ASaxonica euangeliorum verſione antiquisſima*, (n) & in plurimis, iſta dialecto ſcriptis libris, quam frequentisſime occurrunt. *Medentis* partes explere ab iis LAECNIAN, & *medicamentum*, interueniente terminatione *dom*, qua, in certa rei facultate ac poteſtate determinanda, vtuntur, LACCEDOM dixerunt, *medicinam*, addita voce *craft*, vires ac robur notante, *LAECE-*

 CRAFT,

m) *Pſalm. L. comm.* 3. Sus lib uuanda ne mag keheilet uuerden ane dina marum medicinam (*lachenunga*.)

n) *Quam recenſitam & ad codices Mſctos emendatam a* Thoma MARSCHALLO verſioni euangeliorum gothicae *adiunxit* Franc. IUNIUS *atque excudi curauit Dorderaci.* cIↄ Iↄ c LXV. *in quaternis. Atque haec v. g. Marc. V*, 26. *ita habet:* And fram manegum *læcum* fela thinga tholede, *& a pluribus medicis multa perpatiebatur. Pariter Luc. VIII*, 43. *IV*, 23. *V*, 31. *Marc. II*, 17. *& alibi nomen medici* laec *occurrit. Quae commata heic transſcribere integra, breuitatis ſtudioſi, ſuperſedemus.*

CRAFT, quaſi *vim medicam* dicas, vocantes. [o] Conſentiunt de iisdem vocabulis *Gothi*, indubitati *Germanorum* populi. Hi enim *medicum LEK*, aut *LEIK* cognominabant, quam vocem antiquiſſimum omnium germanicae linguae monumentum, *verſio euangeliorum moeſo-gothica*, ab *ULFILA*, Gothorum in Dacia epiſcopo, paullo poſt medium ſaeculi a nato SERVATORE quarti, ex communi eruditorum ſententia, conſcripta, nobis prodidit: quippe quae *medicum* deſignatura, eadem ſubinde vtitur. (p) *Sanare Gothis*, teſte eodem

o) *Vocabula haec omnia & alia ab iis orta, ex induſtria recenſita deprehendas in* Thom. BENSONIS, *clarisſimi viri*, vocabulario Anglo-Saxonico. O*xoniae* c*I*ɔ *I*ɔ cc *I. in octonis edito: quod, cui videbitur, poterit euoluere.*

p) *In praeſtantisſimo hoc* litteraturae, priſcae germanicae *κειμηλίῳ*, *a laudato IUNIO anno & loco, quem diximus, ſuis, h. e* gothicis *litterarum characteribus, vna cum* A Saxonica euangeliorum verſione, *nitide edito, atque a* Georgio STIERNHIELMO, *Holmiae* c*I*ɔ *I*ɔ *LXXIV. adiectis* euangeliorum verſionibus islandica, ſuecica & latina, *iterum publici iuris facto*, medici *illa adpellatio legitur* Matth. *IX*, 12. *vbi ita: ni thaurban hailli* lekeis; non opus habent ſani *medico. Loca παράλληλα Marc. XI*, 17. *& Luc. V*, 31. *eadem fere*

eodem libro, fuit *LEIKINON*[q] &, adpoſita particula *ga*, *GALEIKINON*. [r] In *cimbrica*, ſeu *ſcandica*, qua *Germanorum ſeptemtrionalium* libri vetuſti ſcripti ſunt lingua *medicus*, ab eodem themate, dicitur *LÆKNER*, *mederi LÆKNA* & *medicina LÆKNING*. [s]

 Immo

habent, niſi quod in poſteriore medicis leikcis *ſcriptum reperias. Marc. V*, 26. Mananga thulandei fram managaim *Lekgam*, multa perpeſſa a compluribus *medicis. Luc. IV*, 23. thu *leiki* hailei thuk ſilban, *medice cura* te ipſum. *Et Cap. VIII. c.* 43. In *leikgans* fraquam alamma eihna ſeinamma. In *medicos* erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam.

q) *Luc. V*, 15. leikinon, ſanarentur, *Luc. X*, 9. *Leikinoth* thans ſiukans, *curate* infirmos. *Luc. VI*, 7. leikinodedi, ſanaturus eſſet.

r) *v.* Ge. STIERNHIELMI gloſſarium Ulphilo-Gothicum, *ſubiunctum* euangeliis gothicis. *p.* 61. *h. v.*

s) *v. g. in EDDAE SAEMUNDI carmine, quod* Runa capitule *inſcribitur, atque cum carmine illius alio* Haauamal, a Io. Pet. RESENIO *Hafniae cIↄ Iↄ c LXV. editum eſt. n.* 10. *legimus:* Þeir ed vilia *læknar* liſſa, *qui volunt medici viuere, ſeu medicinam facere.* *EDDA SNORRII mythol.* 30. Eyr hun er *lækner* beſtur. Eira, *quae medica* eſt optima.

Immo & *ſlauonicus ſermo, germanico celticōque* ceteroquin diſſimilior, mire heic conſonat. (t) Quippe cuius dialecti omnes in eo conueniunt, vt *medicum LIKAR* adpellent. Hinc *Dalmatis* is eodem modo hodie *LIKAR*, *Bohemis LEKAR*, & *Polonis*, addita terminatione aſperiore, in munerum nominibus vſitata, LE-

t) *Didicimus hoc e praeſtantisſimo & locupletisſimo* ſlauonicae linguae lexico, *quod ſingulari diligentia & ἀκριβείᾳ ſumma confecit vir celeberrimus atque excellentisſimus* Maturinus Veysſiere *la* CROZE; *cuius euoluendi facultas, quae merito ſuo venerabilis huius* ſenis *beneuolentia atque humanitas fuit, ſuperiore nobis anno data eſt. Vtinam politisſimus hicce liber, ad vmbilicum dudum perductus, non minus, quam* aegyptiacae & armenicae linguae lexica, *tribus formae, quam vocant quartae voluminibus conſtantia, & ab amplisſimo eodem* viro, *improbo prorſus labore & ingenii perſpicacia incredibili, concinnata typisque parata, publico litterariae rei commodo, formarum ope, in lucem exirent breui! Haberent profecto in iis, quibus vota tamdem deſideriaque ſua explere penitus poſſent, viri linguarum iſtarum amantiores, accederetque praeclaris* celeberrimi auctoris *in bonas litteras meritis tantus cumulus, vt nec addi iis quidquam maius, nec cogitari praeſtantius poſſet.*

LEKARZ, nuncupatur, quorum vltimis cognatum verbum, *mederi* eſt *lecze* & medicina *lekárſtwa.*

§. 3.

Quamquam autem vocabuli, de quo loquimur, vſus late per linguas *celto-ſcythicas* olim patuit, non impediuit id tamen, quo minus illud, vtut iuuenum ritu apud maiores noſtros floreret, dudum noſtratium ſermone exciderit, relictis in eo veſtigiis propemodum nullis. Sed non periit tamen *Germanis* vniuerſis. Immo vero, qui extra regionem noſtram habitant conſanguineis populis ad vnum fere omnibus relictum eſt. Itaque *Islandis*, *cimbricae linguae* ſollicitis cuſtodibus, hodie quoque LÆKNARE ſonat *medicum*, at LAEKNA *mederi* & LAEKNING *medicinam.* (u) *Suecis* LAEKIARE, *Danis* LÆGERE *medentem*, & LAEKIA illis, his autem LÆGE *ſanare*, *mederi* ſignificat. *Anglis* etiam vox ſuperat a LEECH, ſeu LEACH, *medicum* eumque in primis, qui manu ſanat, denotans, quae tamen noſtra memoria obſoleſcere magis ac magis apud illos vide-

u) *v.* Runolphi IONAE dictionarium islandicum, rudimentis grammaticae islandicae a. cIↄIↄCLXXXIIX. *Oxoniae editis, ſubiunctum, &* theſauri lingg. vett. ſeptemtr. Hickeſiani *Tomo. I. inſertum. p.* 115. & Gudm. ANDREAE lexicon islandicum p. 159.

videtur, quum vocabula peregrina, at anglica ciuitate donata, *Phyſician* ac *Chirurgeon*, aut *Surgeon*, *medicum* & *chirurgum* adpellaturis, nouitatis gratia eis adblandiantur magis, quam priſcum & vernaculum, idque purum & optimum illud *medici* nomen. Interim *Hiberni* ſicut in *celticae linguae* partem olim veniebant, ſic eodem vſi etiam ſunt, idque ad noſtra vsque tempora, quamuis in LIAGH mutatum, communi in ſermone conſeruarunt. Et *Flandros* hodie quoque *medicum* ac *chirurgum* LAECKE dicere, *Guil.* SOMNERO teſte, nouimus. (x) Quandoquidem itaque vocabulum LACH in plurimas *Europae* linguas antiquitus tranſiit, & in non paucis earum adhuc in vſu atque honore eſt; eius ortum ad antiquisſimam *celto-ſcythicam linguam*, communem illarum omnium parentem, ſi referamus, nihil, quod a veritate alienum ſit, admittemus. Neque eſt, vt, in probanda ipſius antiquitate, operae multum conſumatur. Sufficit verax huius teſtis *codex euangeliorum gothicus*, quem a litterarum, quibus ſcriptus eſt, colore *argenteum* dicunt. Hunc enim ſi aetate vel parum antiſtaret vocabulum noſtrum, (quod tamen, qua ratione exiſtimare quis posſit, non video) at id mille abhinc & quadringentis admodum annis *Gothis*, *germanico populo*, vſurpatum iam fuiſſe, extra dubi-

x) *v.* PALTHENII animaduerſiones ad Tatianum p. 374.

dubitationis aleam poſitum eſt. Ceterum ad diuerſos illud pronuntiandi modos quod attinet, facta eorumdem inter ſe comparatione, *gothico* illo LEK, quod ſoni ſimplicitate & litterarum paucitate reliquis praeſtat, primas non poſſumus non concedere. Quocirca e *gothica* in *ſlauonicas* iuxta & *ASaxonicam*, & ab hac in *francicam* & *alamannicam ſcandicasque linguas nomen* illud *medici* dimanaſſe, pronum eſt ad fidem.

§. 4.

Sed, vt de origine vocis LEK prima percontemur, ſupereſt. Alios, qui huius rei inueſtigationi ſe tradiderint, praeter *Franciſcum* JUNIUM, (at quantae virum in litteratura priſca peritiae!) noui fere neminem. Hic vero in egregio, quod adornauit *lexico gothico*, (y) vocabuli iſtius ortum indicaturus, duplicem notationis rationem, alteram ab *anglo-ſaxonica*, a *graeca* alteram lingua deſumtam, proponit, relicto aliis ſibi probatiorem eligendi arbitrio. Vtramque auctoris ipſius verbis, quam noſtris explicatam heic legere, ſatius puto iucundiusque erit lectoribus. Ille autem, *quidam*, inquit, *contendunt*, *ASaxones nomen hoc medicis indidiſſe a ſuo lac vel læc, munus, donum, quod inſatiabilis medentium auiditas ingentibus plerumque muneribus inhiet. Notauit certe iam olim in medicis* PLINIUS H. N. L. XXIX. c. 1. auaritiam rapacesque nundi-

y) p. 230.

nas pendentibus fatis, & dolorum indicaturam ac mortis arrham, aut arcana praecepta, ſquamam in oculis amouendam potius, quam extrahendam. Per quae effectum eſt, vt nihil magis prodeſſe videretur, quam multitudo graſſantium. Neque enim pudor; ſed aemuli pretia ſubmittunt. cet. *Vide locum & plura inuenies, quae a grauisſimo ſcriptore dicuntur aduerſus artem*, in qua conditione inſidioſiſſima auctoritatem peſſimis boni faciunt. *Mihi videtur* LAC *vel* LAEC *detruncatum ex ἀκέομαι, ſano, medeor, praefixo tantummodo L, ſicuti factum videmus in* lam *&* lamb, *ex ἀμνὸς, agnus, in* lanc *ex ἄνδηρον, ſummitas, extremitas rerum. Qvodſi vero a priore ἐτυμολογίᾳ non putemus diſcedendum, expediet tamen aliam eius originationis adferre rationem. Sicuti enim Anglis* Midwife *dicta eſt obſtetrix, quaſi* meedwife *a* meed *praemium, merces, quod praemio vel mercede ſit dignisſima, ob vtilem, quam humano generi nauat operam: ita quoque veriſimile eſt, medicum* LAEC *dictum a* Lac *munus, quod ſanitati priſtinae* reſtitutos *atque ab orci limine reuocatos aequum ſit incolumitatis ſuae auctores luculentis praemiis remunerare.* Haec doctiſſimus IUNIUS: Quem iſthaec & priorem inprimis notationem per iocum potius, quam ſerio ſcripſiſſe autumo.

§. 5.

Quantum enim ad illam, vti e ſola vocabulorum *Laece* medicus & *Lac* munus συμφωνίᾳ de eorumdem cognatione exiſtimare recte

recte haut poſſumus: ita prioris vocis ἔτυμον non tam in *ASaxonica*, quam *gothica lingua*, quae illibatiorem nobis eius pronuntiationem prae aliis dialectis conſeruauit, debebat inueſtigari. Quid quaeris? Gratiam, credo, HIPPOCRATIS *filiorum* omnem effundes, quin & odium eorum certiſſimum tibi contrahes, ſi a δωροφαγίᾳ ipſos eorumque maiores nomen ſortitos eſſe, cum *Franciſco* IUNIO adfirmaueris, quippe auaritia inexplebili & perſpecta omnibus auri argentique auiditate, peſſimo crimine, ea re illos inſimulaturus. Quam periculoſum autem ſit, eum offendere, qui *imperatorem vitae necisque* tuae agere poteſt, (a) obſcurum eſſe nequit. Fuit quidem

a) *Mactat hoc titulo medicos PLINIUS L. IV. c. 1. Legantur, ſi volupe eſt, quae de* imperio medici in aegrum *docte diſſerit*, Io. Heinr. MEIBOMIUS, *vir eruditisſimus, in* commentario ad Casſiodori formulam comitis archiatrorum. *p.* 70. *ſſ. & quae in eamdem fere rem adfert vir illuſtris*, Franc. Mothaeus VAYERIUS *dans* ſa proſe chagrine *P. II. Tom. II.* operum (*edit. Pariſiis* cIↃ IↃ CLXII. *in forma maiore.*) *Animi leuandi cauſſa, narratiunculam, quam laudatus hicce auctor l. c. p.* 1144. *profert, quamque* Angliae *regem, IACOBUM I. ſaepius in ſermone recitaſſe dicit, heic ipſius verbis legiſſe, forte non poenitebit. Ita autem habet. Le Roi* Jacques *en An-*

quidem aliquando vt dicamus, quod res eſt, dum ea pleroſque *medentium* inceſſit opinio, ſatius omnino eſſe, ÆSCV-LAPII patris ſequi veſtigia, (b) atque tempeſtiua praemii exactione a futura aegrorum

gleterre voulut une fois, qu' un mechant muſicien, dont il ne pouvoit ſuffrir la voix, ſe retirât, & ſur ce que ceux, qui lui firent ſavoir l' ordre de ſa mejeſté l' ouïrent, qui diſoit, en branlant la tête, que ce congé, qu' on lui donnoit, couteroit la vie à beaucoup de perſonnes & à tel, qui n' y penſoit pas, il fut accuſé d' avoir eu des mechans deſſeins. Le Roi le faiſant venir là-deſſus, ce pauvre homme lui proteſta, qu' il n' avoit voulu parler, que de ce qu' il ſeroit reduit par la perte de ſa charge à ſe faire medecin, aiant quelque connoiſſance de la ſcience galenique, où il craignoit de ne pas mieux reüſſir, que dans la muſique. On le crut & le Roi lui pardonna. cet.

b) Aeſculapium, *ab inſana pecuniae cupiditate,* τȣ̃ Φιλαργύρȣ *cognomen reportaſſe, atque, quod eadem inductus,* Hippolytum *ad uitam reuocauerit,* Iouis *fulmine percuſſum eſſe, refert* CLEMENS Alexandr. *in* admonit. ad gentes. *De* COSMA *&* DAMIANO, *medicis* ἀναργύροις, *euoluatur cel.* Chriſt. Ben. CARPZOVII *diſſ. de* medicis, ab eccleſia pro ſanctis habitis. *Lipſ.* cIɔ Iɔ cc IX. *edita.*

rum ſibi cauere ἀχαριστία, quam *Coſmae* & *Damiani* quorumdam, ſine vlla mercede illos curantium, morem indotatum imitari. Sed ſicut medio, quod vocamus, aeuo, adeoque paucis abhinc ſaeculis, haec opinatio potiſſimum plures nacta eſt fautores; (c) ſic anti-

c) *Tunc enim temporis* medicis *in* Germania *finitimisque regionibus is mos fuit, vt de ſoſtro ante omnia, tamquam re in ſanando ſumme neceſſaria, cum aegris paciſcerentur, atque reſpectu ad horum opes & rationes habito, totum negotium θεραπευτικὸν componerent. Hinc ditioribus viris matronisque peculiaria praeſcribebant pharmaca aut communium remediorum duplam partem adſignabant, pauperioribus vnica ad conualeſcendum ſufficiente. Id quod, vt vno atque altero exemplo probemus*, Ioannes GADDESDEN, Medicus in Anglia *circa ſaeculi XIV. initium clarus, isque* roſae anglicanae *auctor, ſingularem medicinam* pro delicatis, pro dominabus, pro diuitibus *cet. inuenerat, diſcipulos diligenter in ſcriptis ſuis monens, vt ne ea, niſi accepto prius ſalario, aegris propinarent.* Ioannes ARDERNUS, medicus & chirurgus *itidem* Angliae *percelebris, qui idem ſaeculum illuſtrabat, idemtidem in libris ſuis medicis ſuaſor eſt, vt tantum ſemper praemii ab aegrotis poſcant* rei medicæ *operam dantes, quantum exigi ab eis vlla ratione poſ-*

antiquiori tempore, in quod vocabuli LEK origo cadit *maiorum noſtrorum medentes* τῶν ἀναργύρων ſi non nomen, certe laudem meruiſſe, vero omnino eſt ſimile. Et quomodo rapaces nundinae, quomodo ſacra auri argentique fames, quomodo dolorum indicaturae locum

---

ſet. Et ne plurimos illius temporis medicos *ab eiusmodi morborum dolorumque indicaturis abſtinuiſſe putes, en tibi* IOANNIS de SALICETO, *illorum magiſtri praeſtantisſimi, praeceptum, quod artis ſuae peritis omnibus praeſcribit, id quod ipſius verbis, ſolatii plenis, heic recitamus:* Ne delectetur (*medicus*) familiaritate laicorum. Nimia autem familiaritas contemtum parit, & etiam per nimiam familiaritatem non ſic audacter & ſecure petitur remuneratio operationis condecenter. Et ſcias hoc vnum, quod bona remuneratio de labore & ſalarium optimum reddit medicum autoriſabilem & confortatur fides infirmi ſuper ipſum. *Quae lex medii aeui* medicis *data, qualis tunc temporis* artis apollineae *cauſſa fuerit, luculenter declarat. Euolue, cui haec debemus,* Ioannis FREINDII, *illuſtris quondam apud Anglos medici,* Hiſtoriam medicinae, *librum elegantisſimum, P. II. p.* 99. 100. 101. 141. *ſ.* 154 *ſ. verſionis gallicae, a.* CIↃ IↃ CC XXVII. *Lugd. Batau. editae.*

locum inuenire in *medicorum* apud *veteres Germanos* caſtris poterant, quum hi omnes, quae praeclara vniuerſae gentis indoles erat, opes ac diuitias ſpernerent, atque agrorum armentorumque poſſeſſione contenti, foenus & vſuras deteſtarentur. Certe *Druides*, *medicorum* praeſtantiores, quod *medicinam* non victus quaerendi cauſſa; ſed, tamquam ſacri muneris, cui ea innexa erat, partem neceſſariam, exercerent, quin pariter, ac *Aegyptiorum* ſacerdotes, gratuito medicamenta ſua omnia aegrotis dederint, non eſt, cur dubitemus; idque eo minus, quod militiae vacationem omniumque rerum immunitatem habentes, iis, quae ad vitae vſum & commoda pertinent inſtructi eſſent abundanter. *Medicis* autem *Germanorum veterum feminis* liberalius ac munificentius ſine dubio fuit ingenium prolixiorque in ſuos animus, quam, vt caperata fronte a maritis, liberis adfinibusque ſoſtrum poſtulaſſe putandae ſint, quippe quae officioſa *medendi ſolertia* illorum gratiam & amorem mereri ſatis habebant. Apage igitur a *medicis maiorum noſtrorum* lucri cupiditatem, apage ſordes, apage etiam inuidioſam nominis ipſorum LEK, a *lac* munus deductam ἐτυμολογίαν: quam nec adlata a doctiſſimo IUNIO, calculum ſenſim reuocante, emollire ac tueri poterit ratio alia, de *medicorum* opera vtiliſſima, remunerationem aequam per ſe poſtulante; ſiquidem *medicinae* & *mercedis* notiones

tiones olim apud *maiores noſtros*, ſecus ac hodie contingit, connubio nullo iunctas fuiſſe, ex iis quae iam diximus, facile intelligitur. Altera IUNII notatio, qua vocabulum LEK a graeco ἀκέομαι, ſano, addita per πρόθεσιν littera L, deriuat, non omni quidem veritatis ſpecie deſtituitur. Neque enim negamus, *Gothorum* ſermoni e confinium ipſis *graecorum* lingua non nihil peregrini admixtum eſſe; quandoquidem, praeter ſcribendi modum ἑλληνίζοντα nonnumquam, (d) haut paucae etiam voces, graecam originem non diſſimulantes, (e) quas *in argenteo codice* deprehendimus, id facile euincunt. Sed, an his vocabulum LEK adſcribendum quoque ſit, id vero eſt, de quo dubito. Etenim *graeco* ἀκεῖσθαι *gothicum* LEK *medicus*, aut verbum *leikinon* & *galeikinon*, ſanare, curate non reſpondet. Et quae de littera L προσθετικῇ adtulit vir doctiſſimus exempla, incerta atque dubia ſunt omnia. Neque putauerim, ſola *graecorum germanicorumque vocabulorum* συμφωνίᾳ horum

(d) *Exemplo ſint gothica* FIGGR *digitus*, *TUGGO lingua*, *BRIGGAN adducere*, *DRAGGK potus*. Finger, tungo, cet. *germanico more legenda.*

(e) *Notarunt eas laudatus* IUNIUS *in* gloſſario gothico *paſſim*, & *celeb.* Io. Geo. WACHTERUS *in diſſertat.* de lingua codicis argentei, *inſerta* miſcellaneorum Berolin. *T.* II. *p.* 40. *ſq.*

horum ab illis originem probari certo poſſe: ſiquidem contrarium pari iure adfirmare aliis integrum foret. Quocirca propius eos potius a veritate abeſſe cenſeo, qui eiusmodi *graecae celticaeque linguae* conſenſum ad ſtirpem communem, ac vtriusque parentem linguam, ſiue *ſcythica*, ſiue *celtica* ea ſit, referunt. Praeterea non prius ad peregrinas linguas in negotio etymologico recurri velim, quam vbi in patria reperire vocum origines nulla diligentia poſſumus. Quodſi autem *graeco ſermoni* vocem LEK acceptam referre placuerit, mallem cum ſumme reuerendo & celeberrimo academiae *Iuliae ſeniore*, *Hermanno von der HARDT*, Viro linguarum plurimarum cognitione prorſus inſigni, huc aduocare vocabula *ἀλκτὴρ* auxiliator, depulſor, *ἀλκὴ*, ſiue *ἀλκτήριον* praeſidium, auxilium, remedium & *ἀλάλκειν* auxiliari, arcere, propulſare. (f) quippe quae, vt *Gothi* contractiore forma & concitatiore ſpiritu, *lek* & *leikinon* protulerint, fieri facile potuiſſet. *Auxiliandi* autem & *medendi* ſignificatus amice conſpirare, in propatulo eſt, & infra, vbi in verbum germanicum *Botare* inquiremus, nobis obſeruabitur iterum. At vero, vt *graecam* hanc vocis LEK origi-

(f) *Sibi ab hisce vocibus vocabulum gothicum* LEK *commode videri deflectendum*, *coram haut ita pridem*, *pro ſua in nos beneuolentia*, *docuit nos* vir celeberrimus, *vbi in ſermone*, *quem habere cum ipſo licebat*, *de verbi illius origine mentio forte fieret*.

originationem ſagaciori aliorum ſcrutinio & laudati in primis viri ἐπικρίσει permittimus; ita de illius, quae animo forte noſtro ſuccurrit, notatione breuiter iam exponemus.

§. 6.

Mihi itaque, ſiue ſoni, ſiue rei ἀναλογισμὸν conſiderem, nullum vocabulo LEK conuenire magis verbum videtur, quam, quo *linctum* & *ſuctionem* exprimimus, *lecken*, quod omnibus quidem *celticae* aliarumque linguarum dialectis commune eſt. *Gothi* id olim protulerunt *laigwan* &, praefixa particula *bi*, *bilaigwan*. (a) *ASaxones*, *liccan*, *liccian*, *liccigan* & *liccida*. (b) *Franci* & *Alam*. *lechan* &, addita particula *gi*, *gilechan*. (c) *Belgis* & *Germanis* inferioribus pronuntiatur *licken*, ſuperioribus *lecken*. *Gallis lecher*, *Italis leccare*, *Anglis lick*, *Islandis*, praepoſito s, *ſleikia*, (d) *Suecis ſlick*, *ſleckia*, *Danis licke* & *Sueuis* noſtris *ſchlecken*. *Polonis* denique & aliis *ſlauonicae linguae* gentibus, *liza* & *licza*. Conſentiunt latinorum *lingo* & obſoletum *ligo*, vnde *ligurio*, graeca

a) Codex argenteus *Luc. XVI*, 21. Hundos bilaiguodedun bangos is. Canes lingebant vtera eius. b) *v*. IUNII & STIERNHIELMI gloſſaria gothica, *v*. laiguan. c) OTFRIDUS in opere euangel. *Lib. III. c. X. com.* 73. gilechont thoh thie uuelfa. Attamen lambunt catelli. d) Gudm. ANDREAE lexic. Island. *h. v.*

graeca λείχω, λιχμάω, λιχνεύω & hebraica *lachac* & *lakak* linxit. Videtur autem non *linctus* ſolum; ſed *ſuctionis* etiam vis vocabulis hisce ſubiecta antiquitus fuiſſe. *Anglis* enim *ſanguiſuga* a verbo *lech*, aut *lick* dicta eſt *Leech*, *Leechworm*; quae non tam a *linctu*, quam *ſuctione* potius denominanda fuit. Adhaec *lingendi* & *ſugendi* notiones ſub eamdem rationem cadunt, & coniunctae ſunt. Neque enim, re curate conſiderata, ſine *ſuctione linctus* fieri poteſt. Vſus ipſius verbi *lecken*, tot dialectis diuerſisque linguis proprius, certum de eiusdem antiquitate fert teſtimonium. Quodſi autem originem eius ſcruteris, naturam id ipſam variis gentibus ſuggeſſiſſe, facile animaduertes. Sonum enim linguae labiorumque, quem in *linctu* edunt, adeoque ipſius rei imitatur & exprimit, quacumque in dialecto, aut ſermone proferatur. Et in variis pronuntiationibus iſta: *liccan*, *leiken*, *lechan*, *lecken*, & rei optime conuenire, & antiquitate praeſtare cetera videntur. Atque ab his verbis nomina *medicorum* LEK, LEIK, LACH, LÆKNAR, pro dialectorum varietate, facili & ſimplice modo deſcendiſſe, non tam ſoni concentus, quam rei etiam conuenientia docet. Priſcis namque temporibus potiores *medicorum* occupationes in plagis, vulneribus atque vlceribus ſanandis, inque membris luxatis reponendo curandis, conſtitiſſe, ſupra iam ſignificauimus. (e)

 Atqui

e) *cap. I.* §. 2. *p.* 3.

Atqui veteres *chirurgi*, quum inſtrumentis, arte & ingenio poſteriori memoria, pro iuuanda *medicina externa*, adinuentis, carerent, vulneribus cicatricem inducturi, ora iis admouere ſanguinemque labiis exſugere, eoque exſucto herbisque vulnerariis impoſitis, obligare eadem ſolebant. Qua quidem *ſuctione*, ne ſanguis putreſceret, neue in pus abiret, cauebatur. Atque talis vulnerum curatio iam antiquisſimis, quorum ad nos notitia peruenit, *medicis* in vſu fuit: quod vel *Machaonis* exemplo, in ſanando *Menelao*, vulneribus ſaucio, eam adhibentis, apud HOMERUM intelligitur. (f) Et commode EUSTATHIO *Theſſa-*

f) *Qui Lib. IV.* Iliad. *p.* 140. (*edit. Ob. Giphanii*) *ita canit:*

Αὐτὰρ ἐπεὶ ἴδεν ἕλκος ὅθ' ἔμπεσε πικρὸς ὀϊςὸς,
Αἷμ' ἐκμυζήσας, ἐπ' ἄρ ἤπια φάρμακα εἰδὼς
Πάσσε. *Sed poſtquam vidit vulnus, vbi incidit amara ſagitta,*
ſanguinem exſugens, *lenia medicamenta peritus Inſpergebat.*

Sunt quidem, ac in his celeberrimi viri, Dan. CLERICUS *&* Andr. Ottom. GOELICKIUS, *qui vocabulum* ἐκμυζήσας *de expresſione & abſterſione ſanguinis, quam de eius, per ſuctionem facta, extractione exponere malunt.* (*v. huius* Hiſtor. Med. *Per. III. p.* 263. *&* illius *P. I. L. I. c.* 17. *p.* 53.) *Sed qua ratione, aut necesſitate compulſi, a ſignificatu voci, vbi de re medica v-*

Theſſalonicenſi (g) obſeruatum eſt, *ſuo quoque tempore multos, praeſertim ex barbaris, ſi cui vulnus inflictum fuerit, ore exſugere inde ſanguinem, id quod ad eius curationem conferre putarent. Barbarorum* nomine EUSTATHIUM *Germanos* aliosque *celticos populos* notare, parum abeſt, quin credam: ſiquidem *graecos romanosque* ſcriptores poſterioris memoriae illos iſto inprimis titulo peculiariter dignatos eſſe, conſtat. [h] Id certum eſt, *Germanorum veterum medicis ſuctionem* in ſanandis vulneribus fuiſſe

 non

ſurpatur, proprio, abeant viri doctisſimi, prorſus non perſpicio; niſi forte e delicatulo & molliore medicorum noſtratium *ingenio heroicam* MACHAONIS *indolem, iure, an iniuria? metientes, labia crudis vulneribus admouere taeduiſſe ipſum, exiſtimauerint. Enim vero* ſuctionem medicam, *quae graecis* ἐκμύζησις & ἀποθηλασμὸς *audit*, veteribus medicis *non ſolum in plagis & vulnerationibus; ſed venenatis etiam animalium morſibus ſanandis vſui fuiſſe, e* DIOSCORIDIS, PLINII, CELSI, AEGINETAE *aliorumque ſcriptis medicis cognitum ſatis atque perſpectum eſt.*

g) *in* commentario *in adductum* HOMERI *locum.*

h) *v. du* FRESNIUS Gloſſario latinit. *T. I. v.* barbarus. *& b.* Iac. Car. SPENERUS in notitia Germaniae antiquae *L. III. c.* 4. *p.* 139. *ſ.*

non inuſitatam. Teſtem habemus *Corn.* TACITUM, qui in notisſimo *de ſitu & moribus Germanorum* libello, (i) de viris bello occupatis verba faciens, *ad matres*, inquit, *ad coniuges vulnera ferunt, nec illae numerare, aut exſugere plagas pauent, cibosque & hortamina pugnantibus geſtant.* Matres autem familias *maiorum noſtrorum* aegris medica ope ſuccurriſſe, plus vice ſimplici dictum iam eſt. Neque noſtro tempore *ſuctio* haec *medica* obſoleuit; ſed a plebe & inferioris ſubſellii multitudine ac ruſticis inprimis, ſicubi manus, aut alia corporis membra ſauciata eis ſunt, non ſine ſperato ſucceſſu, adhibetur. Quid? quod artis χειρȣργικῆς conſultis, maxime in *Gallia* frequente hodie quoque in vſu poſitus ſit, vtut labiorum loco arte paratis inſtrumentis vti plerumque ſoleant. [k] Quandoquidem igitur iſta vulnerum ἐκμύζησις princeps, eaque maxime notabilis & aliorum conſpectui expoſita *medicorum apud veteres Germanos* actio erat, non iniuria ab ea nomen *illi* ſuum reportarunt, atque adeo a *ſugendo*, ſeu *lingendo* LEKES, LACHE, LEKNARE cet. vocati ſunt.

i) *Cap. VII. §. 4. conf. commentatores ad h. l.*

k) *Ex induſtria hac de re agit clarisſimus ſereniſſ.* Sardiniae reginae *chirurgus*, Dominicus ANEL *in libro, quem Amſtel.* cIↄ Iↄ CC VII. *in octonis edidit inſcripſitque:* L'art de ſuccer les playes ſans ſe ſervir de la bouche.

ſunt. (l] Cui quidem notationi non parum, ſcio, auctoritatis fideique conciliabitur, ſi certiorem lectorem fecero, quod calculo eadem probetur viri celeberrimi & de re litteraria & chriſtiana praeclare meriti, *Maturini*

l) *Caue huc referas* Flandrorum lack & Germanorum *quorumdam* lecker, *quo profundae ac ſordidae gulae hominem, ſcurram, paraſitum ſcortatoremque deſignare adſolent: a quo* barbaro-latini *ſuum* lecator, *ſiue* leccator *eadem notione, & alia huius generis vocabula, velut* leccatricem, *meretricem &* leccacitatem, *obſcoenitatem, efformarunt. De quibus CANGIUM in* Gloſſario latinit. *T. II. p. 261. conſulas. Recentiores enim hae voces omnes ſunt, medio demum aeuo a verbo* lecken, *cui ſigillatim* linctum malum, *ſeu gutturis & ventris vitium attribuerunt, deductae confictaeque, quibus iccirco nihil cum antiquiori* medicorum nomine, *nobis iam explicato, commercii eſt. Et puto illarum confictionem vſumque frequentiorem effeciſſe, vt hoc, quod ſono illis conueniat, dediſcere, aliaque pro eo ſubſtituere vocabula, quam vſurpare amplius maluerint maiores noſtri: quo, qui moribus & vitae inſtitutis nimium quantum inter ſe differunt, & denominationibus diſterminarentur medici, tamquam viri honeſtisſimi, & βιωφελέϛατοι, atque vicisſim ſcurrae vitiisque dediti homunciones.*

Veysſiere la CROZE: id quod ex ore *ipſius* intelligere nobis licuit aliquando.

§. 7.

Ceterum aliam, a iam adlata paullo diuerſam, antequam vocabuli LACH disquiſitionem finiamus, breuibus proferemus in medium ἐτυμολογίαν, quam, ſi illa ad palatum forte non fuerit, aut adſenſu ſuo excipere, aut, niſi a ſe impetrare id queant, vtrisque rectiora inuenire ipſi nosque docere poterunt lectores. Deflecti autem iſtud poſſet a voce *laban*, ſeu *lachan*, aut *lochen*, incidere, perforare, ſignare: quae, vt *Germanis* noſtratibus exoleuerit, *Islandis* tamen ſuperat, & *lagga* iis pronuntiatur. (a) Deriuarunt ab ea *maiores noſtri* vocabulum *lach*, ſeu *lachus*, quod inciſionem ac ſignaturam ſonat, atque in *litteris* a *Cancrone*, Rhenenſis pagi comite, anno ſupputationis chriſtianae Iↄ cc LXX. datis, (b) &

a) Gudm. ANDREAE lex. Island. *p.* 160. *h. v.*

b) *Quas in* Chronico laurishamenſi *apud* Marqu. FREHERUM *T. I.* ſcript. rer. germ. *p.* 57. *reperias. Quater autem in eis vox* lachus, *pro* inciſione arborum *ponitur. Verba, quae huc pertinent, ſunt:* Sicut ipſa inciſio arborum in ipſa die facta fuit, quae vulgo *lachus* adpellatur. - - - ſicut illa *inciſio arborum*, ſeu *lachus* - - - & inde per ipſam *inciſionem arborum*, ſeu *lachum*, *cet.*

& in *traditionibus fuldenſibus* (c) occurrit; a quo fagus terminalis in *diplomate* quodam HEINRICI II. *imperatoris*, a clc XII. ſcripto, (d) *Lachbuoche* h. e. inciſa, aut inciſione notata fagus, adpellatur. Arbores autem, quae fines dirimunt, inciſione notare, mos eſt peruetuſtus. ( ) Praeterea a *lachen*, aut *lochen* incidere, perforare ortum apud *Francos* & *Alam.* eſt *loh* foramen, fouea, (f) quod ſuperiores *Germani* hodie *loch*, inferiores *lok* eloquuntur; cui *Cambrorum llocc* caula, angulus, angiportus & *llocches* latebra reſpondent. (g) Huc referas etiam voces antiquiores, ab eodem verbo deſcendentes, *lucha*, cicatricem & *luchun*, ſeu *lukun* aperturas, foramina &, tranſlato ſenſu, aditum, & *luage* item ſpeluncam, denotans: (h) quarum veluti reliquiae ſunt

G 5 no-

c) *Haec Lib. II. c. 47. ita habent:* exinde in album fontem & ſic per noſtra *ſigna* (*i. e. laha*) in Vindimonſeo. *v.* Heinr. SPELMANNI Gloſſarium archaiologicum *p.* 348. *v.* laha.

d) *Extat illud in laudati FREHERI adpendice ad* Originum Palatin. *T. I. p.* 43.

e) *v.* CANGIUS *l. c. Tom. I. p.* 326. *ſſ.*

f) *Occurrit haec vox apud TATIANUM c. LI. v. 2. p. 96. & in* Glosſis Pezianis *p.* 410. g) BOXHORN. lex. cambr. *p.* 42. h) *v.* SCHILTERI gloſſar. teuton. *p.* 555. & STADENII explicat. vocum germ. verſ. bibl. *p.* 414. *ſ.*

noſtratium *lücke*, lacuna & *Saxon.* infer. *luke*, foramen, ſeu apertura fornicis, aut contabulationis. *Islandis* a verbo *lagga* deductum eſt *lógg*, inciſura & peculiariter, vaſis ac dolii orificium.[i]Atqui *medelarum artifex* nunc venas ſecat, nunc ſcalpello cutem conſcindit, nunc vitiatam in carne partem ferro circumſcribit ſignatque, nunc inflictas corpori feſtucas atque tela ſpecillo exſcindit,nunc etiam

amputat artus,(k)
vt liceat reliquis ſecurum viuere membris.

Quocirca nihil vetuiſſe videtur, quo minus, reſpectu ad eiusmodi *operationes medicas* habito, a *lachan* incidere, perforare *medicum* nominauerint *veteres Germani LACH, LAECE*, quaſi *inciſorem*dicas, atque *perforantem.* Namque ferro ſanaſſe, atque adeo ſectionibus, inciſuris & amputationibus vſos eſſe *veterum Germanorum medicos*, cum venas ſecandi mos, eorum maioribus, *Scythis* iam frequentatus,(l) tum maxime ſcalpella, nouaculae atque inſtrumenta ſpecillis ſimilia, in tumulis atque vrnis eorum reperta,(m) ſatis demonſtrant.

§. 8.

i) Gudm. ANDREAE *l. c.*

k) CLAUDIANUS *L. II.* in Eutrop. *v.* 18.

l) *v. ſupra c. I.* §. 13. *p.* 56. *n. q.*

m) *v.* Andr. Alb. RHODII Cimbriſch-holſteiniſche antiquiteten-Remarques *p.* 379. 90. 210. *ſſ.* 228. *ſ.* 246.

§. 8.

Haec hactenus de vocabulo LACH. Iam aliud *medicorum* apud *maiores noſtros nomen*, quod FROM enuntiarunt, ibimus explicatum. Quod animaduerſione eo quidem diligentiore dignum erit, quia patriae linguae interpretum tantum non omnium diligentiam effugit. Ab interitu illud nobis vindicauit verſio *Euangeliorum anglo-ſaxonica* peruetuſta, quae *Matth.* IX capitis comma 12 ita reddit: *Soth Hælend that geherde, cueth: Ne is tharf thæm halum, vel gemniſe to lece, vel FROM. Et ſeruator haec audiens, dixit, non opus eſt valentibus* medico. Heic illud FROM tamquam ſynonymum voci *lece*, *medicum* ſonanti, additur, idque interpretamenti, vt adparet, loco: quemadmodum vocabulo ſaxonico *halum*]ò *gemniſe* adpoſuit interpres. Vnde colligimus, verbum FROM *medici* notione *Anglos* inter & *Britannos* communi olim vſu tritum & vel ipſa voce *læce*, ceteroquin vſitatiſſima, notius fuiſſe aliquando. Recte equidem *Georgius* HICKESIUS, vir linguarum ſeptemtrionalium omnium peritiſſimus, (n) ad dialectum illud refert *dano-ſaxonicam*, quae architectos agnoſcit *Danos*, quippe qui,

n) In grammatica anglo-ſaxonica & moeſo-gothica *cap. XX. p. 90. quam Tom. I. egregii linguarum* vett. ſeptemtrionalium theſauri grammatico-critico-archaeologici *reperias*.

qui, quum anno ſupputationis noſtrae Iↄ cc LXXXVII. Angliam inuaſiſſent, per CC LXXIV annos in ea dominati, voces & dictiones non paucas e ſuo in *Anglorum Saxonumque ſermonem* intulerunt, eiusque hoc pacto faciem haut parum immutarunt. (o) Sed temere id vir eruditisſimus e *germanica ciuitate* exturbatum barbariei inſimulat inque exoticorum vocabulorum claſſem reiicit; quae quidem miſtae e *Normannis* aliisque peregrinis populis cohorti, a *Danis* in *Angliam* adductae, accepta refert lingua *anglo-ſaxonica*. Germanum enim *germanici ſermonis* nomen merito ſuo agnoſcere illud poſſumus, quamuis, ſi a laudata verſione *euangeliorum ASaxonica* diſceſſeris, in priſcae linguae monumentis aliis, quantum mihi quidem conſtat, non reperiatur. Ἔτυμον eius *Islandi*, fideliores veteris *cimbricae linguae conſeruatores*, (p) adſeruarunt. Iis enim *froa* eſt reſpirare, recreari, & *fro*, *fróe* recrea-

o) *Fuſius de hac dialecto agit laudatus* HICKESIUS, *l. c. c. XVIII. p.* 88. *ſſ.*

p) *Hanc laudem merito iis tribui, in confeſſo eſt. v. qui hac de re diſſerunt* Steph. Ioan. STEPHANIUS *in commentar. ad SAXON* Grammaticum. *p.* 14. Io. Aug. EGENOLFFIUS in der Hiſtorie der teutſchen Sprache *P. II. ſ.* 1. *c.* 2. *p.* 19. *ſſ.* & *in primis* Otto SPERLINGIUS *in libello politisſimo* de danicae linguae, ac nominis antiqua, gloria & praerogatiua.

recreatio, refrigerium, ac ſpeciatim morbi, vel doloris lenimen. (q) Cui, ab eodem verbo ortae conſentiunt *Germanorum* voces *fro*, (r) *frou*, hilaris, laetus, quas noſtrates *froh*, *fröhlig* eloquuntur, nec non *frothe*, *frouue*, *freuui*, *freude* gaudium, atque *frouuen* exhilarare, itemque noſtrum *freuen* gaudere, (s) laetari, & *frolocken*, laetitia efferri, exſultare. Neque enim laetari aliud quidquam eſt, niſi recreationem, doloris lenimen indolentiamque ſentire atque eadem adfici. Et a primitiuis illis vocibus, *froa*, *fro*, *fröe*, ſuffixa ſingulari ex vſu terminatione, naſci potuit vocabulum *FROM* quod vi originis eum indicat, qui aegros *recreat*, dolores pellit, morboſque lenire ſatagit; quod niſi *medico* conuenire nemini poteſt.

§. 9.

Sed conferre etiam in inueſtiganda vocabuli noſtri origine poſſemus vocem germanicam priſcam *fremen*, componere, parare, item praeſtare, proficere & prodeſſe; quam *ASax. fremian*, *&* *fremmam*, *&* *Gothi framban* pronuntiarunt, (t) quibus Belgarum *vromen*, con-

q) *teſte* Gudm. ANDREA in lexico islandico. *p.* 79. r) *ita ſcribitur* OTFRIDO Euangel. *Lib. IV. c.* 2. *v.* 15.

s) *Recenſet has voces SCHILTERVS* in gloſſ. teut. *v.* frauo, frou, *p.* 323. *conf. STADENII librum laudatum p.* 217.

t) *v. SCHILTERUS l. c. v.* fremen *p.* 325. *ſ.*

confirmare conſentit. Hinc orta ſunt *ASaxonibus* vocabula *fremu*, *fromen*, *frumen*, beneficium, vtilitas; *Francis* autem & *Alam. fruma*, *froma*, bonum, fructus, vtilitas; *from* vtile & *unfruma* detrimentum. (u) Quumque *vromen* etiam ſit confirmare, vox *froma*, *from*, inde confirmatum, ſtrenuum, fortem, pariter vt *Anglis framlice* ſtrenue, ſignificat. (x) Supereſt hoc ſignificatu apud Heluetios, qui ſtrenuum fortemque virum laudaturi, eius titulis *frommer Mann* addere potisſimum ſolent. Atque ab hisce verbis *vtilitatis* & *valoris* notionem complectentibus, *FROMER*, atque, abiecta vltima ſyllaba, *FROM medicus* dici potuit, cum ob inſignem, quam hominum ſaluti praeſtat *vtilitatem*, (y) tum in primis, ob munus,

u) *SCHILTERUS d. l. & b. lo.* DIECMANNUS *in* ſpecimine gloſſarii latino-theotiſci. p. 43.

x) *Sic v. g.* Iac. de KOENIGSHOVEN in Chron. Alſatiae. *cap.* 1. 75. *ita de* Hectore: Er was der *frumeſte* und küneſte Heilt, der je gebohren was. Erat *fortisſimus* & audacisſimus omnium, qui nati ſunt, heroum. *conf.* STADENIUM *d. l. p.* 218. *ſ.*

y) Medicinam *inter artes, quae humano ingenio & induſtria comparari poſſunt vtilisſimas non vltimum ſibi vindicare locum, in confeſſo omnibus eſt. v. ſi vacat, quae hac de re adfert* Io. Heinr. MEIBOMIUS in

nus, quo *vromen* h. e. confirmare, confortare viribus defectos, roburque & ſanitatem medicamentorum ope conciliare aegris adnititur. Siue hanc itaque, ſiue paragrapho ſuperiori indicatam vocis huius explicationem, inſtituto de vtrisque examine, adſenſu probaueris, parum intererit. Ceterum, quin *Cimbri* non ſolum, *Scani* atque *Angli;* ſed alii etiam *germanici* ſanguinis nationes, *medicum* communi vocabulo FROM nominauerint, non eſt, cur dubitemus. Quemadmodum enim *germanicam*, de qua iam vidimus, *originem* agnoſcit; ſic *Danos* aliosque ad ſeptemtrionem populos cum *meridionalibus Germanis* linguae commercium habuiſſe, cognitum eſt atque exploratum. (z) Quod autem apud *Ger-*

comment. ad Casſiodori formulam comitis Archiatr. *p.* 26. *ſ. cui* Heinr. Chriſt. HOECKELII *orationem iungas, qua probatur*, nullam artem reperiri, quae medicina rei publicae aut vtilior, aut neceſſaria magis omni tempore ſit. *Tom. I.* orationum argentinenſ. p. 1106. *ſ.*

z) *Hoc pro conceſſo & probato heic ſumimus, non facile nobis quemquam ideo litem moturum, confiſi. Tantus enim* islandicae, noruagicae, ſuecicae *ac* danicae linguae *cum* germanica *noſtra, eaque non minus recentiore, quam maxime antiqua conſenſus eſt, vt, qui illarum nonnulla tantum vocabula ac dictiones comparata inter ſe ac collata*

Germanos omnes obſoleuerit, certe *medici* notionem

velit aliquantisper, vel inuitus in ſententiam noſtram non poſſit non tranſire. In eorum interim gratiam, quibus ſcrutinium tale graue eſt, vnum heic atque alterum teſtimonium, a ſcriptoribus domeſticis, teſtibus hac in cauſſa incorruptis deſumtum, adducemus. Ita autem RIMBEGLA, liber ſcandicus vetuſtisſimus,(cuius integrum caput e Mſcto codice exſcripſit Thorm. TORFAEUS, *exhibuitque in* ſerie regum Daniae *Lib. III. c.IV. p.264. ſ.)* Uphaf allra fraſagna i norrænni tungu, þeirra er ſannyndi fylgia, hefzt þa er Tyrkir oc Aſiamenn bygdu nordrit. þvi er þat med ſonnu at ſegia, at tungan kom med þeim nordr hingat, er ver kollum Norrænu, oc geck ſu tunga um Saxland, Danmork oc Suiþiod, Noreg oc um nockurn hluta Englandz. *i. e.* Omnes hiſtoriae in lingua norvagica incipiunt ab illo tempore, quo Turcae & Aſiatici ſeptemtrionem inhabitare coeperunt. Vere autem traditur, linguam, quam noruegicam adpellamus una cum illis in ſeptemtrionem veniſſe: quae lingua per Saxoniam, Daniam, Sueciam, Noruegiam & aliquam Angliae partem ſe diffundit. *Adſtipulatur huic adſerto EDDA SNORRII Prole-*

tionem exuerit, id non mirabitur, qui lin-

H guarum

---

gom. cap. III. vbi relatum inter alia legimus, Odinum, *coloniis ſuis per* Saxoniam, Weſtphaliam, Franciam, Cimbriam, Sueciam *&* Norvagiam *ductis, filios & ſocios, coniugio cum incolis veteribus coniunctos, ibi reliquiſſe: qui, multiplicata & diſperſa per* Saxoniam *& omnem orbem arctoum progenie, vicinis regionibus* aſiaticam linguam *intulerint, propriam poſtea & communem omnibus, terras illas incolentibus, redditam.* *STURLAUGS SAGA* Starfſama, *liber antiquus, ita (apud cl. TORFAEUM c. l. L. II. c. V. p. 148.) ab initio:* Allir þeir menn ſem ſannfrodir ero oc þau tidinde vita at Tyrkir ac Aſia menn bygdu nordr lond, hofz þa tunga ſu er ſidan dreif um oll lond. *h. e.* Omnibus, qui in antiquis memoriis verſati ſunt, adprime conſtat, quod Turcae & Aſiani ſeptemtrionem incoluerint. Tunc illa lingua exorta eſt, quae deinceps per omnes regiones ſe diſperſit. *E quibus teſtimoniis clare patet, non ſolum vnicam per* Germaniam, Cimbriam, Sueciam, Norvegiamque *olim linguam inualuiſſe; ſed eius etiam originem* Odino *eiusque ſociis h. e.* Scythis *adtribuendam eſſe. Qvae ſi recte capiantur, veritati omnino ſunt conſentanea. Ceterum conferat, cui volupe eſt, hanc in rem quae ſcribunt, viri*

guarum communia fata & crebras viciſſitudines intelligit. Interim non indigna *medendi* ſignificatu recentior eſt notio, quam vſus vocabulo ſi non noſtro, certe coniugato FROM impoſuit, qua praeter *vtilitatis* ſenſum *pium* & *ſanctum*, ſicut vox eiusdem generis, *frômmigkeit*, *pietatem* vitaeque *ſanctimoniam*, tamquam rem, πρὸς πάντα ὠφέλιμον, deſignat. Amicisſimum enim, & tantum non ex ipſius artis praeceptis neceſſarium eſt *ſanctimoniae artisque apollineae* connubium. (a)

CAP.

ſeptemtrionalium lingg. conſultisſimi Arngrimus JONAE *in* Crymogea, *cap.* 3. Thorm. TORFAEUS *in* ſerie regum Daniae *L. II. c.* 4. Ol. WORMIUS *de* litteratura danica priſca. *c. XXVII. alii.*

a) *Quotquot hiſtorias* veterum medicorum *diligentius ſcrutati ſunt, facile, credo, obſeruarunt, cunctos paganorum ipſorum* medentes *ſingularem morum dignitatem & grauitatem prae ſe tuliſſe, atque ad virtutis integritatisque in vita gloriam adſpiraſſe. Vt enim eos taceam, qui* ſacerdotii *curam* Poeoniae arti *iunxerunt, quod maiorum noſtrorum & plerarumque gentium medicos olim feciſſe conſtat;* Hippocratem *ipſiusque apud Graecos diſcipulos, praeter vitae morumque ſeueritatem & ipſam in corporis veſtitu* εὐσχημοσύνην, *nihil commendare magis poteſt, quam* lex, *ſcholas medicas frequentantibus, in notisſimo illorum* iureiu-

CAP. III.

DE NOMINVM VURSARI, GRÆDER, HEILARI, BOETER, ET PHYSICUS,

VOCUMQVE CONIUGATARUM VSU ATQVE ΕΤΥΜΟΛΟΓΙΑ.

rando *praeſcripta, quam iurantes ita eloquebantur :* Ἁγνῶς καὶ ὁσίως διατηρήσω βίον τὸν ἐμὸν, καὶ τέχνην τὴν ἐμὴν - - - ἐκτὸς ἐὼν πάσης ἀδικίης ἑκουσίης καὶ φθορίης. Caſtam & ab omni ſcelere puram, tum artem, tum vitam meam ſeruabo, - - alienus ab omni iniuria voluntaria & corruptela. *Ad quod* medicorum *ſacramentum reſpiciens* THEODORICUS, Gothorum rex, *in conſtitutione* de officio comitis Archiatrorum (*apud GOLDASTUM* conſtitut. imper. *T*. III. *p*. 78. *ſ*.) medicos *adlocutus*, in ipſis, *inquit*, artis huius initiis quaedam ſacerdotii genere ſacramenta vos conſecrant. Doctoribus enim veſtris promittitis odiſſe nequitiam & amare puritatem. Sic vobis liberum

§. 1.

Conſtitutum nobis eſt, hoc in capite, veluti per ſaturam, varia, quibus *medicos* olim adpellarunt *maiores noſtri* vocabula, hactenus nondum expoſita, recenſere, &, quoad eius fieri poterit, breuiter, pro temporis ratione, enucleare. Primum itaque ſe forte offert nomen VURSARI, quod in *gloſſario theotiſco*, RABANO MAURO inſcripto, & ad

non eſt ſponte delinquere, quibus ante momenta ſcientiae animas imponitur obligare. *Beatam* rem medicam, *immo vero felicem* chriſtianam, *ſi, quod laudatiſſimo exemplo faciunt multi, omnes, qui* CHRISTI *diſciplinam profitentur* medelarum artifices *iſta meminerint ſemper, atque vel paganorum veterum* medicorum *exemplo* παραζηλωθέντες, *effectui ea dare in vita diligenter ſtuderent!* v. Io. Heinr. MEIBOMII commentar. *in* iusiurandum Hippocratis *c. XV. p.* 150. *eiusdemque* commentar. *in* formulam comitis archiatrorum *p.* 41. *Adde* Chriſt. Bened. CARPZOVII *laudatam* de medicis, ab eccleſia pro ſanctis habitis, *diſſertationem & celeberrimorum virorum* Io. Frid. HOFMANNI *orationem* de officio boni theologi ex idea boni medici, *&* Michaelis ALBERTI de medicinae & doctrinae moralis nexu *diſputationem lectu dignisſimam.*

ad ſaeculum a nato SERVATORE nonum referendo, memoriae proditum eſt, atque in eo n. 2566. latine *herbarius* redditur. Deſcendit id a priſco vocabulo *Uurs*, quod omnis generis *herbam* & olus ſignificat, atque in eodem *gloſſario* alibi legitur, (a) accedente terminatione *ar*, quae hodie vſitatae *er* reſpondet, & nominibus munerum atque dignitatum propria eſt, ac littera finali I, ornatus tantum cauſſa, more *Francis* & *Alam.* frequentisſimo, ſuffixa. Princeps vocabulum *Vurs* mutata, vt adſolet, littera s in t & z. in *glosſis lipſianis uuirti* & *uuurti*, atque in verſione TATIANI *theotiſca wurzo* (b) ſcribitur. *A Saxonibus* eſt *wyrt*, (c) *Gothis oert*, herbae, plantae radicis & aromatis notione. (d) *Islandis* varie, *virt*, *iurt*, atque *urt* pronuntiatur, iisque non tam *herbas*, quam *frutices* deſignat. (e) *Heluetiis* hodie *wirz* eſt braſ-

H 3 ſica,

a) *n.* 2028. *v. b.* lo. DIECMANNI ſpecimen gloſſarii latino-theotiſci, quod Rabano Mauro inſcribitur, illuſtrati. p, 150. *ſ.*

b) *Cap. LXXIII. com.* 2. *p.*135. minniſta allero *wurzo.* minima omnium *olerum.*

c) *Vnde eis* uuyrtun, *hortus.* *v.* Guil. SOMNERI *notas ad* verba vetera german. LIPSII, *ſubiunctas* Mer. CASAUBONI tractatui de lingua anglica vetere.

d] STIERNHIELMUS *in* gloſſ. Ulph. goth. *p.* 20. e) G. ANDR. lex. is-

ſica, generis notione ad ſpeciei ſignificatum transeunte. Noſtratibus hoc vocabulum ſuperat in voce *würz* & *gewürz*, qua, neglecta generaliore *olerum herbarumque* ſignificatione, ſpeciatim *herbas aromaticas*, quin & *aromata* varii generis notant. Praeterea, quod *radix* praecipua herbae ac plantae pars ſit, dicta ea ideo eſt, addita particula *le*, quae in minutarum rerum vocibus locum inuenire ſolet, *wurzala*, *wurzela* & *wurzella*, quaſi herbulam, aut plantam minutam nuncupes; quae vocabula abiecta rurſum vltima ſyllaba, non raro *wurza* pronuntiarunt, atque hoc pacto cum altero w*urzo*, w*yrt*, herba confuderunt maiores noſtri. (f) Nos illam hodie w*urzel* adpellamus. Ἔτυμον vocabuli principis *uurs*, *uurti* in *Cambrorum*, linguae veteris *celticae* tenacisſimorum, (g) *ir* viridum, floridum, &, inde enato, *irdor* viriditas (h) ſupereſt: a quo, praepoſita, pro more, littera w, facile w*irt*, & w*urs* formarunt germani veteres: ſicut iidem a *groa*, virere, *gruoni*, *gras*,

land. *p*, 256. 259. f) SCHILTERI gloſſ. teuton. *p*. 886. g) *Tales iam ab antiquisſimis temporibus fuiſſe veteres Britannos, ſpretus ab iis* linguae romanae *vſus facile declarat. v. TACITUM in vita* Agricolae *c. XXI.* §. 2. *adde* Rob. SHERINGHAMI *diſceptationem* de Anglorum gentis origine. *cap. VI. p.* 109. *ſ.*
h) *BOXHORNII lex.* cambr. *p.* 40.

gras, *chrut*, ſeu *kraut* germen, herbamque deriuarunt. Virere enim ac florere herbarum plantarumque eſt, quae pro iſta proprietate, ſub viſum nobis etiam primum cadunt. (i)

§. 2.

Quum itaque *Uurs*, & *Wurza* omnis generis *herbam*, *olera*, *aromata radicesque* ſignificet, deductum ab iis vocabulum UURSARI, *herbarium*, βοτανέλογον, ῥιζότομον & *aromatopolam*, propria quidem & praecipua notione, deſignat, adeoque in *gloſſis RABANI MAURI* prima illa voce commode exponitur. Sed, quod in claſſem interim nominum *medicos* denotantium illud retulerimus, nemini, credo, mirum, aut iniuria factum videbitur. Priſca enim memoria indiuiſa *medicorum* & *herbariorum* munera, eoque & nomina, συνώνυμα prorſus fuiſſe, vti compertum atque exploratum; ſic & nobis ſupra obſeruatum eſt. (k) In *ASaxonicae* ac *gothicae linguae* monumentis hanc vocem non reperi. Et nobis eam etiam longo abhinc tempore iam iuuidit vſus, vocabulorum tyrannus. Relictum equidem linguae noſtrae

 eſt

i) *Plura, in harum cognatarumque vocum explicationem, adferunt eruditisſimi linguae patriae indagatores, beati iam viri, DIECMANNUS l. c. & STADENIUS in* explicat. vocabulorum german. verſ. bibl. *p.* 740. *ſſ.*

k) *Cap.* 1. §. 2. *p.* 2. *ſ.*

eſt vocabulum *Wurtzler*, a voce *wurzel*, radix, pro dialecto noſtra, formatum, quod vi originis, ῥιζότομον & *pharmacopolam*, concinne etiam exprimit. Sed, communi hac, quam adpellatiuam vocant notione apud *noſtrates* propemodum exuta, in proprium tantum gentium ac familiarum nomen ceſſit. Id quod, quum non ſine ratione fieri interim potuerit, non immerito coniicias, eorum maiores, qui primi illud adſciuerunt *rei medicae* antiquitus operam dediſſe, atque ab iſto munere, diſcriminis cauſſa, agnomen illud *der Wurtzeler* ſuum feciſſe. Namque id extra controuerſiam poſitum eſt, quod *gentilitia nomina* communia olim multorum, ſeu adpellatiua fuerint, ad virtutes, vitia, munus item, aliasque περιςήσεις deſignandas, propria certis hominibus reddita. (l)

§. 3.

Similis & originis, & notionis eſt vocabulum GRÆDER, quo *Germani*, iique maxime *ſeptemtrionales* & olim *medicum* nuncuparunt, & hodie quoque ex parte nuncupant, cuius coniugatum verbum *at græda* ſanare, mederi in *hiſtoria Gothrici & Rolfi*, libro vetuſtisſimo ſcandico, cap. XXXI. (m) ſemel atque

l) *Aliter enim ratione nulla conſtarent. c. cl.* Herm. Adolph. MEINDERSII *commentat.* de cognominibus Germanorum. *Tom. VI. miſcellan. Lipſienſ. p. 9. ſ.*

m) *p.* 199. *&* 202. *Editum autem hunc librum*

atque iterum cum deriuatis *grædandi*, *grædvænligr* medicabilis occurrit. Vtraque in aliis etiam priſcae ſeptemtrionalis linguae monumentis leguntur, quorum tamen loca nec obuia mihi iam ſunt, nec ſcrutari vacat. Interim in *Islandorum* ſermone, indolis ſuae antiquioris retinentisſimo, nomen illud *medici* cum familia vniuerſa domicilium habet. Huic enim GRÆDER & GRÆDARE eſt *medicus*, & cognata notione *ſeruator; at græda* & alia dialecto *gröa*, ſanare; *græding*, ſeu *grædſla*, ſanatio, curatio; *grædeplæſtr.* emplaſtrum. (n) Profecta ſunt haec vocabula a verbo ſcandico *græde*, ſeu *grædr*, ac, variante dialecto, *groadur*, flores germenque herbarum & viriditatem denotante, quod *Noruagi* & *Dani grodr*, ſeu *grôdr*, *Angli growth*, *Saxones* infer. *groſe*, enuntiant: (o) cui *Francorum* & *Alam. gruoti*, *gruon*, *cruoni*, *gruoni* & *groniſal*, viror, gramen & germen conueniunt. (p) Eiusdem generis & ortus eſt noſtrum

H 5

ab Olao VERELIO *Upſaliae a.* CIↃ IↃ C LXIV. *eſſe, conſtat.*

n) G. ANDR. *lex. isl. p.* 95.

o) Idem *l. c.* & Run. IONAE lexic. islandicum *p.* 79. *Part. III. Tom. I.* theſauri lingg. vett. ſeptemtr. Hickeſiani. *c.* Thorm. TORFAEI Gronlandiam antiquam. *C. I p.* 2. *ſ.*

p) Gloſſae PEZII *p.* 334. NOTKERUS *Pſalm. LXVIII*, 14. *p.* 134. gloſſ. Pez. *p.* 322. 323.

ſtrum *Kraut*, *Saxonum* & *Belgarum Kryit*, *Krut* herba, gramen, quod maiores noſtri diuerſe *Crut*, *Chrut*, *Chriut* ſcriptitabant. (q) Originem harum vocum referas ad verbum antiquum *græ* creſcere, virere, *Islandis* hodienum vſitatum, quod *Sueci groo*, *ASax. growan*, *Angli grow*, *Belgae groeyen*, ac noſtrates *grünen* eloquuntur. (r) Vnde etiam *Islandorum grae* germinatio, *grænn* viridus; *ASax. græne*, *Anglorum*, *Belgarum* & *Saxonum groen*, *German.* ſuper. *grün*, itemque vocabulum *gras* gramen, foenum, *gerſte* hordeum & alia deſcendunt. Iam, ſicut a *groa* creſcere virere, germinare, florere, *græde*, *grædr*, aut *grodr* germen, viror floresque herbarum; ita ab hoc rurſus GRÆDER, GRÆDARE *medicus*, non inconcinne dictus eſt, tamquam is qui in colligendis parandisque in vſum ſalutarem floribus, germine, ſeu foliis herbarum occupatur: qua in re *maiorum noſtrorum medicos* totos fuiſſe, ſaepius iam diximus. Equidem meridionalibus *Germanis* vocabulum GRÆDER, ſeu GRÆDARE noſtro tempore non vſurpatur: neque id in vetuſtis illorum libris monumentisque legere me memini. Sed gemina tamen per *Saxoniam* inferiorem *Belgiumque* vox *Krüdenier*, aut *Kryidenier* &, mutata dialecto, per *Sueuiam* aliasque ſuperioris *Germaniae* prouincias, *Kräuteler*, ſeu Kräut-

q) *SCHILTERI* gloſſ. teuton. *p*, 173. 189

r) Run. *JONAE l. c.* Gud. ANDR. *l. c. p.* 95

Kräutler pro βο]ανολόγῳ & inprimis *aromatario* vulgo adhibetur. [s] Quod, vt GRÆDARE a *grædr;* ſic pari modo ſimilique e ratione a verbo *Krut, Kraut,* herba, olus deſcendit, atque, quum, quod refragetur, nihil adpareat, communis *medicorum* adpellatio haut dubie *Germanis* aliquando fuit.

§. 4.

Ceterum, vt hoc, ὡς ἐν παρόδῳ, addam, nomina feminis apud *ſeptemtrionales Germanos* propria *Gro, Groë, Groa,* ſi originem eorum ſpectes, aliunde, niſi a verbo ſcandico *græda,* & contracto *gróa* ſanare, mederi deriuanda non ſunt. Vnde ſuſpicio eſt, ea ſibi aliquando *mulieres, medendi ſolertia* alias vincentes, adſciuiſſe. Celebratur certe in antiquis monumentis *Oruandilli* vxor, *GROA VOLVA,* quae nomen & omen habens, *Thoro Aſarum* medicinam adhibuiſſe dicitur. (t) Atque pari forte ratione vulgatisſimi illius *Crodonis, Saxonum* veri, haut ſcio, an commenticii idoli, [u] referre huc nomen poſſes. Namque voci-

s) PALTHENIUS *in* animaduerſ. ad Tatianum *p.* 382.

t) EDDA Islandorum, *mythologia LV.*

u) *Omnem huius numinis, quam habemus, notitiam* Chronico Conr. BOTHONIS Saxonico *debemus, quod pro more exſcripſit* Alb. CRANTZIUS & Io. POMARIUS, *quos duces longa ſerie varii rerum* germanicarum χρονόγραφοι *ſecuti ſunt. Sed*

vocibus *Graedér*, *Graeder*, *curſis Grode* & *Crodo* nihil eſt conſonantius. Litteras enim g ac c, aut k in *Germanorum* lingua perſaepe inter ſe mutari, quid? quod poſteriores illi antiquitus incognitas fuiſſe, nemo neſcit. Quodſi itaque *Saxonibus* deus quis fuit *Crodo*, quid vetat, ne *herbariae medicaeque rei* praepoſitum eumdem fuiſſe, credamus? Significare id praeter *nomen*, quod *medicum* ſonat, ipſe videtur *amictus*, quo indutus repraeſentatur, linteus, isque talaris & corpus totum contegens lineoque balteo ſuccinctus, qualis cum *veterum medicis*, (x) tum maxime *Druidibus* (y) vſitatior olim fuit. Dein *caput rugoſum* & *barbatum* experientiam longaeuam & canam *medicorum* induſtriam innuere, &, quae attendenda in primis eſt, *vrna* herbis & fructibus repleta, quam dextera gerit, ὕλην ἰατρικὴν *veterum medicorum* non inepte adumbrare poteſt.

illius, quum indubitata vbique auctoritas non ſit, iis, quae de Crodone *memoriae prodidit fidem ſine haeſitatione vlla & ſcrutatione vlteriore addere temere non poſſumus.*

x) *de veſtitu veterum medicorum v. praeter alios I. H. MEIBOMIUS in* commentario in iusiurandum Hippocratis *cap. V. p.* 49. *ſ.*

y) *Quippe qui non abſimili habitu in marmoribus lapidibusque, hic illic in Gallia erutis, inſculpti, adparent. v.* La religion des Gaulois *T. I. L. I. p.* 212. 215. 219.

poteſt. Tum *rotula* aratri, quam ſiniſtra ſublatam oſtentat, non ſolum rei ruſticae curam praeſidiumque deſignat, atque deo huic adſcribit; ſed pro ſalutis proſperitatisque cuiusuis, quam illi tamquam* auctori acceptam forte retulerunt, habere eam indicio licet. Illius enim eam maioribus noſtris notam fuiſſe, vel e ſuperſtitioſa quadam ruſticorum in *Saxonia* potisſimum inferiori conſuetudine, adhuc vſitata, intelligas. Solent autem illi aratri rotam, non ſine variis cerimoniis, circa diem diuo Ioanni ſacrum ſuperliminari portarum, aut forium domus praecipuarum adfigere, certisſimam hac re aedes per eas ingredientibus incolumitatem felicitatemque toto anno, quae ipſorum perſuaſio eſt, ſponſuri. Neque *piſcis* denique, cui inſiſtens pingitur *Crodo* aliud, quam ſanitatis, quae medicinae vniuerſae finis eſt, σύμβολον videtur. Quodſi enim quem valetudine commoda atque prorſus illibata gaudere ſignificatum volunt, *piſce eumdem ſaniorem*, trito proverbio *latini* non magis, quam *Germani* eſſe dicunt. Atque haec de *Crodone, diis veterum Germanorum medicis* adnumerando, coniectura, ſi a veritate interuallo non longo abeſt, eorum ſententiam, qui eius nomen a voce *kraut*, *krut* herba deflectunt (z) confir-

z) *v.* Io. Chriſt. BECKMANNI *Hiſtorie* des Fürſtenthums Anhalt *Part. VI. c. I. p.* 3.

confirmabit emendabitque. Quicquid autem eſt, maiori nos, credo, probabilitatis praeſidio nomen iſtius idoli interpretati, nitimur, quam illi, qui anxia id diligentia a Graecorum χρόνω, tempore, & κρόνω, *Saturno*, aut Hebraeorum *karan* lucere, micare deducunt, (a) atque etymologiae dubiae magis dubiam ipſius numinis explicationem ſuperſtruunt: quamuis ſiue cum iis, ſiue cum aliis de deo, cuius non ſatis comperta eſt notitia, contentionis ſerram reciprocare, atque de lana, quod aiunt caprina forte rixari, volupe mihi ſit neutiquam.

§. 5.

Sequitur iam nobis explicandum vocabulum HEILARI, peruetuſtum & genuinum *medici* apud *Germanos veteres* nomen. Vtitur eodem laudatus ſaepius OTFRIDUS in *libris ſuis*

a) *v. El.* SCHEDIUS de diis Germanorum, *ſyngr. IV. c. 2. p.* 737. *ſ. &* Theod. HASAEUS in Biblioth. Bremenſi *Claſſ. VIII. p.* 743. *Ceterum fuſius* de Crodone *expoſuerunt* Trog. ARNKIEL in der Cimbriſchen Heyden-Religion. *P. I. c. XI. p.* 106. Guil. Ern. TENTZELIUS in dialog. menſtruis *a.* CIↃ IↃCLXXXIX. *p.* 382. Caſpar. CALVOERIUS in Saxon. infer. gent. & chriſtiana L. I. c. XII. *p.* 45. *ſſ. & inprimis* Io. Mich. HEINECCIUS *in diſſert. peculiari de* Crodone Harzburgico, antiquitatibus Goslar. *ſubnexa*.

ſuis euangelicis, eique nunc *ſeruatoris*, nunc *ſanantis* notiones, quod cognatae eae ſunt, ſubiicit. (b) Auctor anonymus *fragmenti de bello Caroli M. contra Saracenos*, qui ſub initium ſaeculi XIII. haut dubie vixit, *Apollinem* atque huic ſimiles *deos medicos ſeruatoresque* generatim HAILARE nuncupat. (c) Supereſt nobis hoc vocabulum *medici* ſignificatu, tamquam principe & maxime proprio, atque, pro more recentioris dialecti, abiecto I. finali mutataque terminatione *ar* in *er*, HEILER, & *Saxonibus* infer. *Heeler* pronuntiatur: quamuis vſu non adeo frequente teratur, & [illegible] rudio-

b) L. II. C. XIV. v. 242. p. 139. Seruatoris *notione eo vtitur, ſic canens:*

Nu uuizzun in ala uuari,
thaz er iſt heilari.
Nunc ſcimus per omne verum,
quod ipſe eſt Servator.

Et lib. III. *c.* XII. *v.* 35. *ſ. p.* 179. *n.* 7. medici *eiusque mirabilis ſignificatu:*

Thu ſis geuuiſſe HEILER
thero forſageno einer.
Quod ſis certus medicus,
prophetarum vnus.

c) *v.* 4008. *ſ. p.* 45. *Tomo II.* Antiquitatum teutonicarum Schilteriani:

Apollo ther mare
Unde andere *Hailare.*
Apollo ille celebris
aliique *conſeruatores, ſeu medici,* (*dii*)

rudiori multitudini de *medico veterinario* vſurpari potiſſimum ſoleat. *Franci* & alii ſuperioris *Germaniae* incolae terminationem *er* cum altera eiusdem poteſtatis *man* haut raro commutantes, voce *Heilman medentem* deſignant, quae a quibusdam illorum ſcriptoribus, ac in his a maxime reuer. Dav. NERRETERO, auctore *des Juden- und Heiden-Tempels*, frequenter adhibetur. *Belgae* integrum vocabulum *meeſter*, quod artis peritum, doctorem, magiſtrum, notat, *medicorum* illi *nomini* adligantes, vocem *Heelmeſter* effinxerunt, qua *medicae rei conſultum* non ſine εὐφάσει deſignant. (d) *Angli* veterem pronuntiationem illibatam adhuc retinent, *medicumque an* HEALER vocitant. (e) Origo huius nominis latere nemini poteſt. Conſpicitur enim facile in verbo nobis hodie etiam vſitatisſimo *heilen*, ſanare, mederi, ſeruare: quod, vt antiquisſimum; ſic *celticae linguae* dialectis fere omnibus commune

d) *Occurrit idemtidem in verſione diuinioris codicis, ipſorum lingua concinnata. v. g. Exod. XV*, 26. Want ik ben de Here uwe *Heelmeſter*. Namque ſum dominus *medicus* veſter. *c. Eſai.* III, 7. *Jerem.* VIII, 22.

e) *Sic v. c. Verſio ſacrarum litterarum anglicana, Eſai.* III, *comm.* 7. *ita habet;* I *will not be an* healer; *non ero* medicus.

mune eſt, variaque eas prole, pro notionis ſuae fecunditate, ditauit. Gothis efferebatur *hailjan* &, praepoſita particula *ga*, *gahailjan*, atque hac forma in *argenteo codice* ſaepius occurrit. (f) A Saxonibus eodem pacto *hælan* & *gehælan* (g) atque Francis Alamannisque *heilan*, & *heilen*, (h) pariter, vt hodie fit, pro-

 nuntia-

f) *v. g. Luc. V*, 17. Iah mahts Fanins vas du hailjan ins. Virtus Domini erat ad *ſanandum* eos. *Cap. VI. c.* 18. Thaiei quemum - - - *hailjan ſik* ſauhte ſeinazo. - - - Iah *gahailidai vaurthun. Qui venerant, vt* ſanarentur *a languoribus ſuis.* - - - & curabantur. *Matth. VIII*, 7. gaheilja ina, *ſanabo eum. ibid. c.* 8. gaheilnith *ſanabitur. comm.* 13. gaheilnoda *ſanatus eſt. cet. c. IUNII* gloſſ. goth. *p.* 109. STIERNHIELMI gloſſ. Ul-goth. *p.* 80. *v.* hailjan.

g) *Quae voces* verſioni euangel. ASax. *perquam ſolemnes ſunt. Velut, Luc. V*, 17. And Drihtnes mægen wæs hig *to gehælenne. C. VI*, 18. and wæron of hyra adlum *gehælede.* - - - wærun gehælede. & (*vt*) ſanarentur *a languoribus ſuis.* - - - curabantur. *Matth. VIII*, 7. Ic cume and hyne *gehæle.* venio & eum *ſanabo. ibid. comm.* 13. wæs gehæled *ſanatus eſt. cet.* h) *Haec vox quum vbiuis fere in plerisque omnibus huius dialecti ſcriptis veteribus legatur, antiquitatem eius probare ſuperuacaneum eſt.*

nuntiabatur. *Danis* eſt *heele*, Succis *heela*, Anglis *heal*, Belgis & Saxonibus *heelen*, *heylon*, *heylen*. Deſcendit hoc verbum a vocabulo francico *al*, integrum, totum perfectumque denotante, (i) quod Saxones, Belgae, Suecique cum adſpiratione *hel*, *heel*, Islandi *heill*, (k) Angli *whole* & Cambri Armoricique *oll* proferunt (l): cui Graecorum ὅλος, ὅλον ex aſſe conuenit. Atque hinc formatum verbum illud *heilen*, *heelen*, vi originis proprie ſonat *redintegrare*, imperfectum ſupplere, atque mancum & debile corrigere & corroborare. Et hoc vero eſt, in quo *medicorum* eorumque maxime *vulnerariorum* verſatur diligentia. Hi enim hiantia corporis vulnera adligare, carnes ferro disruptas herbis atque emplaſtris conglutinare, membris caeſis laceros priſcae incolumitati reſtituere, & ſanitatem denique aliorum ſartam tectamque ſtudent ſeruare. Vnde perſpicuum eſt, *medendi ſanandique* actum eo aptius commodiusque verbo *heilen* expresſiſſe maiores noſtros, quo fre-

i) All, alles *hodie nobis* omnis, omne *ſonat. Olim autem* totum, integrum *denotabat. Sic v. g.* OTFRIDUS euangel. *L. IV. c. XI. v.* 65. *p.* 260. *de* Petro: Druhtin, quad er, uuasg mih *al.* Domine, dixit is, laua me *totum. v. SCHILTERI gloſſ. teut. p.* 18. k) *ANDREAE* lex. isl. *h. v.* l) *BOXHOR.* lex. cambr. *p.* 48.

frequentior & magis neceſſaria vulnerum morborumque externorum iis curatio erat. (m) Quumque *medici*, vulnera curando grauioresque valetudines propulſando, ſanitatem vitamque hominum *conſeruent*, eoque *ſaluti* eorum conſulant, praeter *ſanandi* vim, *ſeruandi* etiam *ſalutemque conferendi* poteſtatem non inique eidem vocabulo ſubiecerunt linguae noſtrae conditores. Hinc, interueniente terminatione *ar*, ſeu *er*, nominibus munerum ac dignitatum propria, a verbo iſto *heilen* ſimplice & vſitato modo enata eſt vox HEILARI, ſiue HEILER, atque ideo, pro verbi parentis poteſtate, proxima & ſingulari notione *medicum*, generaliori autem *ſeruatorem*, ſeu ſalutis auctorem deſignat.

§. 6.

Praeter hoc *medici* nomen larga etiam vocabulorum ſegete, in rerum, quae tum ad *ſanationem*, tum ad *ſalutem* pertinent denominationem, linguam noſtram locupletauit verbum *heilen*; quorum multa e *Francorum Alamannorumque* monumentis collecta atque explicata legas in viri, non ſine laude nominandi, Io. SCHILTERI *gloſſario teutonico.* (n) Nos pauca, quae ad illuſtrationem vocabuli explicati vberiorem facere quid poſſunt, ſtrictim referemus. Itaque Francis & Alam. *heilan* notat ſaluum, *heilantii* ſalutare, *heili*

I 2 ſalu-

m) *v. Cap. I.* §. 2. *p.* 3. n) *v.* Heil. *p.* 439. *ſſ.*

ſalutem, *unheila* aegrum &, praefixo aduerbio defectus *van*, *Wanheila* ſaucium. (o) *Islandis* aliisque ſeptemtrionalibus populis *heill* eſt felicitas, proſperitas, *heilſa*, *heilſun* valetudo, *heilbrigde* ſanitas, & *heilmadur* homo integer, ſincerusque. (p) Cambris *hwyl* valetudo, *hwylus* proſper & inde *hwylwynt* ventus proſper dicitur. (q) Anglis *healing* ſanationem, *health* ſanitatem, *healthful* ſanum, ſalubre, *healthfulneſſ* ſanitatem, ſalubritatem indicat. Adſonat etiam lingua incolarum *Cherſoneſus tauricae*, veteris *gothicae* propago, quae mutata littera H in I, ſanitatem vitamque *jel* & ſanum viuumque *jeltſch* dicit, teſte αὐτηκόῳ *Augerio Gislenio* BUSBEQUIO, legato imperatorum FERDINANDI & MAXIMILIANI apud *Turcarum* imperatorem prorſus illuſtri. (r) In primis huc pertinet vocabulum ἐμφατικώτατον HEILANTI, ſiue, abiecta terminatione, HEILANT, & vt *A Saxonibus* proferebatur HÆLEND, quod, pios maiores ſecuti, CHRISTO, *ſeruatori* optimo maximo, ad nomen ipſius proprium IESUS exponendum, adtribuimus. Nonnullis id a verbis *heilen* ſeruare,

o) *SCHILTERUS l. c.*
p) Ol. WORMII lexicon runicum. *p.* 52. *&* ANDREÆ lexicon island. *p.* 108. q) BOXH. *l. c. p.* 40. r) in legationum turcicarum epiſtolis. *epiſt.* *IV. p.* 388. (*edit. Lipſ.* cIc Iↄ c XIC.)

ſeruare, & *land* terra deflectere placet, eo, quod CHRISTUS totius terrae, ſiue hominum omnium *ſeruator* ſit. Verum quamuis *ἐτυμολογία* haec fautorem, quin & auctorem fortasſis habere videatur OTFRIDUM, ſcriptorem peruetuſtum, (s) & ratione ceteroquin rei ſatis conueniente coloretur; at coactior tamen eſt, & *Saxonum Francorumque* mori, in compoſitione ac deriuatione verborum vſitato, aduerſatur. Huius enim *ἀναλογίαν* & ipſius verbi *heilen* formam ſi contemplemur, vocabulum HÆLEND & HEILAND illius eſſe participium praeſens actiuum, vt grammaticae artis vocibus vtar, vſu, pro more non inſueto, inter vocabula ſubſtantiua relatum, facile dispaleſcet. (t) Quemadmodum itaque nomen HEILAND vim thematis ſui *heilen* retinens, non ſolum *ſeruantem*, ſeu *ſeruatorem*; ſed *medentem* etiam, ſiue medicum denotat: ſic cum voce HEILARI ſub eamdem illud rationem cadere, res ipſa indicat; quamuis potiori iure, maioreque cum *ἐμφάσει* niſi CHRISTO, nemini imponi ſoleat, neque imponi queat. Hic enim ſolus is eſt,

s) *ita enim ille, ad nominis* heiland *originem haut dubie reſpiciens, L. I.* euang. *c. VIII. v. 53. 54. p.* 44. *Er* geheilit *thiz* lant: *heiz inan ouh* heiland. *Is* ſeruat *hanc terram; voca ipſam (ideo) etiam* ſeruatorem.

t) *conf.* STADENII explic. voc. germ. bibl. *p.* 299. *ſ.*

qui non corporis modo languores, humana arte nulla ſanabiles, miranda ratione olim curauit, & curare ſemper valet; ſed animos etiam hominum, innata labe morbisque letiferis confectos, immo in criminibus mortuos, *medicinali* ſua *gratia* ad vitam revocat, ſanat, viribusque ſalutaribus inſtructos, perenni ſalute beat, *medici* diuini & omnibus numeris perfecti, *ſeruatorisque* prorſus incomparabilis nomen ſibi ea re vindicans. (u)

§. 7.

Adhaec non ineptire cenſendus eſt vir ſemel atque iterum nobis laudatus, *Robertus* SHERINGHAM, dum *Heleni*, *Priami* regis filii nomen a verbo *helen* ſanare deducit, eoque *ſanum*, aut, ſi malles, *ſanantem* interpretatur:

u) *Demonſtrant hoc fuſius, quae de* medicinali *ipſius* gratia *agunt litterarum ſacrarum teſtimonia, velut Exod. XV.* 26. *Pſ. CIII,* 3. *CXLVII,* 3. *Eſai. LIII,* 4. 5. *Ier. XVII,* 14. *alibique prolata. conf. quae praeter alios commentatores, ad primi, quem citauimus loci expoſitionem, egregie pieque monuit vir merito ſuo venerandus* D. Ioa. LANGIUS, *theologus apud Hallenſes prorſus inſignis,* in dem Moſaiſchen Licht und Recht *T. I. p.* 473. *ſſ. quibus addas celeberrimi* Mich. ALBERTI *diſſert* de medicina CHRISTI diuina & miraculoſa. *Halae* cIↄ Iↄ cc *XXV. habitam.*

tatur: (x) Si quidem ARRIANO & hunc ſequenti EUSTATHIO, *Homeri* commentatori, vere proditum litteris eſt, illum, depoſito priſco ſibique a parentibus indito *Scamandri* nomine, alterum *Heleni*, ab *Heleno*, thracico quodam *vaticinatore*, quo in addiſcenda *diuinandi arte* vſus fuerit magiſtro, mutuo accepiſſe ſuumque feciſſe. *Thracum* enim *Getarumque* linguam eamdem olim cum priſca *gothica* fuiſſe, negandum doctiſſimo auctori aliisque non eſt. Et *Gothorum* vero ſermoni, quod modo obſeruauimus, familiarior vox *heilen*, ſeu *heilian* erat. Quid? quod *Heleni* nomen non tam certo *vaticinatori thracico* proprium fuiſſe, quam communem omnium apud *Thraces*, *Getas*, *Gothosque augurum* adpellationem, haut difficulter perſuaderi mihi patiar. Id namque certum, & nobis omnino heic ſignificandum eſt, *maiores noſtros* haruſpicem ac diuinatorem HEILISARI vocaſſe, augurari vaticinari *heiliſon* & augurium in ſecundo caſu *heiliſodon* dicentes; quemadmodum *pezianae gloſſae* certiores nos faciunt. (y) Iam fieri facile potuit, vt, quod *Franci*, longiorum vocum amantes, HEILISARA pronuntiarunt vocabulum, id *Gothi Getaeque* veteres breuius ſua dialecto *HELENUS* protulerint. Quidquid autem huius rei eſt, quin priſcum *HEILISON* augurari

 verbo

x) *in diſceptat.* de Anglorum gentis origine *C. VI. p.* 113. y) *p.* 330. 332. & 320.

verbo *heilen* originem debeat, atque ſigillatim a ſcandico *heilſa*, *heilſun*, valetudo, ſanitas formatum ſit, nullus dubito. Itaque vi originis illud *valetudinem curare*, *ſanare*, & inde enatum nomen *heiliſar medentem*, ſalutisque curatorem ſignificat. Atqui *medicorum* & *augurum* olim arctiori nexu coniuncta fuiſſe munera, & *medicae rei* peritos *diuinationi* operam etiam dediſſe, ſatis inter *hiſtoriae medicae* conſultos conſtat. Et ſpeciatim autem veterum *Germanorum medicos Druides* horumque *vxores* & *mulieres* alias auguriis & praedictionibus celebres fuiſſe, compertum eſt atque exploratum. (z) Vnde nomen HELLISARA non tam *diuinandi*, quam *medendi* ſcientia ſibi forte pepererunt, quod, quum artium harum nexus rumperetur, & *auguria diuinationesque*, adſumtis *chriſtianis ſacris*, damnarentur, peculiariter *vatibus auguribusque*

z) *Exempla* artis vaticinandi *a* Druidibus *&* feminis *quibusdam* Germanorum *excultae legas apud* TACITUM Hiſtor. *L. IV. c. LIV.* §. 3. *C. LXI.* §. 4. *CÆSAREM de* Bello gall. *L. I. c.* 50. *VOPISCUM in* Numeriano *c. XIV. XV. & in* Aureliano c. XLIV. LAMPRIDIUM *in vita Alexandri ſeueri. Adde STRABONEM Geogr. L.* IV. *p.* 358. *ſſ.* (*verſion. latin. Amſtel.* 1549. *edit.*) *itemque* PLINIUM *Hiſt. Nat.* L. XXV, c. IX. *& Lib. XXX. c. I.*

que, *ſanandi* ſignificatu ſenſim obſoleſcente, relictum eſſe, vero ſit ſimile.

§. 8.

Supereſt vocabulum BOETER, aut, ſi dialecti antiquioris *ἀναλογίαν* imitari velis, BOETARI, quod, quamuis in veteribus linguae noſtrae monumentis non inuenerim, *medici* tamen notione *maioribus noſtris* non inſuetum fuiſſe; ex iis, quae in eius explicationem proferemus, facile, credo, erit intellectu. Vtuntur eo hodie *Saxoniam* potisſimum *inferiorem* incolentes, atque iis illud indunt, qui incantamentis, contrectationibus, amuletis aliisque remediis ſuperſtitioſis hominum aeque, ac animalium morbos ſanare ſatagunt. Et *Suecos* atque in his inferiorem inprimis plebem eiusdem farinae hominibus ac vetulis maxime, *medendi* ſcientiam adfectantibus, idem nomen, vtut variante terminatione in *Bœtare* ac *Bœtere* mutatum, hodie imponere, nobis haut ita pridem coram ſignificauit vir quidam laudatae nationis perdoctus. Vſitatius adhuc eſt verbum, quod nomen hoc progenuit *bœten*, quod rudior apud noſtrates multitudo, de ſuperſtitioſa, quam diximus ſenum quorumdam atque muliercularum *medendi* peritia, carminibus atque verborum obſcuro quodam ſuſurramine, aliisque ineptiis peracta, vſurpat. Vnde is, qui membrorum quorumdam dolore, luxatione, aut vulnere laborans, ab iis opem quaeſiuit, vulgo dicitur, *he hat ſik bœten laten, he is bœt!*

Equidem *Jo. Geo.* KEYSLERUS, vir clariſſimus inque patriis antiquitatibus probe verſatus, vocabulum hoc *bœten* interpretatur *benedicere*, aut, vt rectius loquamur, *bene precari.* (a) Sed licet *medicinae* ſuperſtitioſae dediti carmina precationesque ſacras omnino adhibent; attamen neque *maiores noſtri*, neque, qui etiamnum eodem vocabulo vtuntur bene precandi eidem vim ſubiecerunt. Et ſicut hodie a *Saxonibus* de *magico medendi* genere tantum adhibetur: ſic latiore notione & olim cuiusuis generis *ſanandi modum* indicauit, & noſtra memoria apud *ſeptemtrionales Germanos*, inque his maxime *Suecos* indicat. His enim commune eſt, & vſu quotidiano teritur verbum *bota* ſanare, mederi, & *bot* medicina. [b] Nec aliam eidem antiquitus vim inditam fuiſſe, ex vetuſtiſſimo carmine SÆMUNDI FRODE, quod *Runa capitule* inſcribitur, intelligimus, in quo *beeta medendi* ſignificatu occurrit. (c) Et, quin in aliis etiam antiquis monumentis inueniri queat, prorſus mihi dubium non eſt. Vnde etiam eamdem aetatem formatum inde nomen BOETER, ſeu BOETARE agnoſcere, atque olim

a) *in doctiſſimo de antiquitatibus ſeptemtrionalibus & celticis libello p.* 492. *n.* (*r.*)

b) *v.* Ol. VERELIUM *ad cap. XIV.* Hiſtor. HERVARÆ *p.* 140.

c) *n.* 9. Þat kann eg *beeta.* brätt. *Huic cito mederi poſſum.*

olim non tam 'ιατρομάντην, quam quemuis *medicum* denotaſſe, colligas. Eo autem facilius *medicis magicis* progreſſu temporis ſingulariter adhaerere potuit, quum *veterum Germanorum medicina* omni fere memoria *magicis vanitatibus* immixta iisque tantum non immerſa fuerit, quae quidem ſub religionis ſpecie, ad quam maxime caligant mortales, vsque adeo increbuere animisque imperitorum infixae ſunt, vt nec clariore ſacrarum rerum cognitione, nec liberalium artium cultura exquiſitiore, exſtirpari atque exigi e rudiore multitudine potuerint. [d] Qua de re alibi latior commodiorque erit diſſerendi locus.

§. 9.

d) *Turpe dictu & creditu fere difficile eſt, quot quamque varia friuolae & anilis ſuperſtitionis genera cum apud viros, tum mulierculas in primis, inferioris in* Germania *plebis*, medendi ſcientiam, *ſibi arrogantes, vigeant. Nullus morbus, valetudo nulla nullumque infortunium eſt, quae non certo oris murmure, attactu, ſpurco adflatu, atque fatuis herbarum, oſſium lapidum aliarumque rerum* περιάμμασι *lenire atque propulſare, ſibi ſumant, id quod artis vocabulo, nobis iam explicato*, boeten *dicunt. Quam peſſimam quidem artem, ſibi a maioribus continua* παραδόσει *traditam, tam arcte tenent ſancteque tuentur, vt* Herculi *citius clavam extorſeris, quam ab anicula vel vnius incantamenti*

§. 9.

Ad originem verbi *bœten* quod attinet, non illud

---

huiusque μυστηρίου *exegeris reuelationem. Impios tales ritus omnes a* magica medicina *vetere profectos eſſe, conſtat. Et circa hanc vero* Germani, *chriſtianis ſacris nondum imbuti, ita olim inſaniebant, vt eadem neque* Aegyptiis, *neque* Chaldaeis, *neque* Graecis *concederent. Atqui intempeſtiua indulgentia, quin turpi* συγκρητισμῷ *eorum, qui* maiores noſtros *a corruptis paganorum moribus ad veriorem cultum ſanctioremque vitam traducere olim adnitebantur, factum potiſſimum eſt, vt apud horum poſteros earum, quas notauimus vanitatum largiores adhuc ſuperſint reliquiae. Tantum enim aberat, vt iſti illos a paganis eiusmodi ſordibus purgare penitus ſtuduerint, vt pollicem iis potius prementes,* Φυλακτήρια *ligaturasque herbarum ſua manu parare,* ἐπαοιδὰς *atque incantandi formulas nouas excogitare, & veri Dei nomina diuorumque virorum laudes, quin & ſacrarum litterarum aliquot dicta iis, non ſine inſigni abuſu, infarcire, atque hoc pacto credulae multitudini commendare nulli dubitauerint. Qua ratione quanta impunitate quantoque auctoramento graſſari atque inualeſcere vbiuis veterata ſuperſtitio potuerit, nemo non intelligit. Vnde & CAROLVS M. ipſiusque regni heredes commoti ſunt, vt*

illud aliunde profectum; ſed ad antiquisſima

publicis decretis non ſolum magicas iſtas ineptias; ſed ſacerdotum etiam, in iis tolerandis propagandisque imprudentiam coercuerint. Iuuat, vt de plebis noſtrae ſacerrima ἰατρομαγείᾳ lectori, illius forte ignaro, aliquam aperiamus notitiam, ſimulque ipſius deriſui eamdem exponamus, vnicam heic ſubnectere, incantationis formulam, qua in Marchia brandenburgenſi *atque adiacentibus regionibus, in ophthalmia curanda, vti ſolent anus decrepitae, inſanos ritus deperientes, quam quidem factis variis geſticulationibus ac digitis ante dolentes oculos ter decuſſatim motis, rauco ſuſurramine, ſemel atque iterum emutire conſueſcunt. Ita autem habet:*

Et gingen ens dre Mâge,
Up enen greunen Wege:
De ene wuſte wat vorn Bley,
De anre wuſte wat vorn Staar,
De drüdde vör de hidd vorwar:
Un bôdden dat all enerley.

Im Namen † Vaders, † Sohnes und † Hilgen Geiſtes. *Amen.*

h. e. Ibant aliquando tres puellae in via virente, prima nouerat remedium aliquod contra ſuffuſionem (*oculorum*), altera nouerat aliquid contra albuginem, & tertia profecto contra

ma & primitiua *celticae linguae* vocabula referendnm eſſe videtur. Primum autem ei non tam *medendi*, quam *iuuandi* atque *emendandi* generalior poteſtas propria fuit. Et ea gaudens, *Gothis* frequenter vſurpatum eſt. His enim *botan* ſignificabat *iuuare*, *prodeſſe*: quae vox in *argenteo codice* ſaepe occurrit. [e] *Scandiae* veteres incolae eam *bota* & *boeta* extulerunt, *reſtituendi*, *reparandi* atque *emendandi* ſignificatum ei imputantes. Vnde *bot* illis etiam *reparationem* refectionemque deſignauit. (f] *Islandis* hodie *batan* ſonat *beare*, *compenſa-*

inflammationem, eaque ſanabant vna ratione omnia. In nomine Patris, Filii & Spiritus S. Amen!

e) *v.g. Marc. VIII*, 36. *Hua* boteith *mannan. Quid* proderit *homini? Jo.* VI, 63. *thata letk ni* botheit *vaiht. Caro non* prodeſt *quidquam. conf.* IUNII gloſſarium goth. *p.* 98. & STIERNHIELMI *p.* 30. *v.* botan.

f) *Sic in* Hiſtoria Heruarae C. XI. *p.* 126. boeta *landsfrid eſt pacem patriae* reſtituere. C. *XV. p.* 128. Arbot *eſt* reſtitutio *annonae, ſiue ſacrificium pro ea oblatum.* Bot, reparatio *in* Hiſtoria Herraudi & Boſae (*Upſaliae* cIↃ IↃ C LXVI. *ab* Ol. VERELIO *edita*) *cap.* IV. *p.* 13. *in* OLAVI hiſtoria *c.* 119. & *in aliis ſcandicae linguae monumentis frequenter legitur. v.* VERELII indicem & notas ad Herrauds Saga p. 73.

penſare, inque melius mutare, & *bôt* atque *bate*, *opem*, mutationemque in melius. (g) Quibus *ASaxonum gebætan* emendare, & *bota* compenſatio, mulcta, *Belgarum* item & *German. infer. betern* & ſuperiorum *beſſern*, *emendare*, *reſarcire* adſonant. (h) *Alamannis* hodie *batten* & *Anglis to boot* notat prodeſſe, expedire, & his iterum *boot* emolumentum, *bootleſs* inutile: quemadmodum *Cambris budd*, *vtilitatem*, *commodum*, quaeſtumque deſignat, (i) & *Belgae* etiamnum dicunt *hetan bot*, profit. Conſentit celticis hisce vocabulis *Graecorum* βοηθεῖν, *auxiliari*, *ſuccurrere*, *prodeſſe*. Atqui *iuuandi*, *auxiliandi* & *emendandi* notio generalior, ſi paullo arctioribus limitibus, reſpectu ad aegrotantes habito, conſtringatur, *medendi* atque *ſanandi* ſignificationem gignit. Neque enim aegris *ſuccurrere* atque *auxilio* venire, aut valetudinem eorum in *melius mutare* aliud quidquam eſt, quam *medicinam iis dare* iisque mederi. Hinc ſicut *Graeci* ſuum βοηθεῖν de *medica ope*, aliis ferenda, nonnumquam, pariterque βοήθημα & βοήθειαν tam pro *auxilio*, quam pro *remedio* ac *medicamento* vſurpant: ſic verbum *germanicum bota*, aut *bæten* non *iuuandi* ſolum; ſed *medendi* etiam notionem complexum eſt, &, priore illa paullum in dialectis

g) ANDREÆ lex. island. p. 22. 25. 40.
h) SCHILTERI gloſſ. teuton. *p.* 91. *ſ. v.* bat.
i) BOXHORNII lex. cambr. p. 12.

lectis quibusdam obſoleſcente, poſteriorem vt plurimum retinuit.

§. 10.

Atque haec, quae hactenus explicauimus, potiora ſunt vocabula, quibus *veteres Germani medicos*, horum *artem* & *ſanandi* modum adpellarunt: quorum alia quidem, ſicut vidimus, linguae noſtrae relicta, alia vſu,

quem penes arbitrium eſt & ius & norma loquendi,

ſic exigente, obſoleuerunt. De induſtria dicimus *potiora*. Caue enim, tibi perſuadeas illis *medicorum* apud *maiores noſtros nomina* omnia abſolui. Ecquis etenim praeſtabit, quin praeter iſta antiquis temporibus vſu quaedam damnata, notitiam noſtram dudum effugerint. Namque patria lingua calamitatum mutationumque omnium non immunis, nec ſincera, ſibique ſimilis ſemper exſtitit. Neque, quae aetatem tulerunt veterum monumenta, tabulae chartaeque antiquitatis tantae, tantae molis tantique numeri ſunt, vt verba priſci *germanici ſermonis* ad vnum omnia vindicare ab interitu noſtraeque ſubiicere cognitioni potuerint. Quid? quod nec nobis perquirere illa vniuerſa, neque in perluſtrandis quibusdam eorum lynceis oculis vti licuerit, vt nullas, quae huc pertinent voces praeteruectos nos eſſe adfirmari velimus. Enim vero neque id inuoluendum ſilentio nobis eſt, quod non nulla in libris

libris vetuſtis occurrant verba, quae vel *ſanitatem*, vel *medendi*, aut etiam *ſeruandi* actum exprimunt: quorum ſi ſingula ſui generis *medicorum* adpellationes genuerunt, aut his ipſa originem debent, non exiguus illarum numerus temporis iniuria ſubtractus nobis fuerit. Illa vero, quo minus enarrare heic atque explicare vberius queamus omnia, limitibus, quos intra ſubſiſtendum nobis in hoc ſchediasmate eſt, prohibemur. Interim ne temere ad eiusmodi prouocaſſe verba videamur, age, paucula, eaque reliquis vulgatiora recenſeamus, atque dialectorum variarum pronuntiatione indicata, declaremus praeciſe. Intelligimus autem illa: *geneſan*, *helſan*, *generian*, & *haltan*, quae ſanare, ſeruare, ſuccurrere, auxiliari ſignificant.

§, II.

Quantum itaque ad verbum *geneſan*, antiquiſſimum illud foecundique ſenſus vocabulum eſt, *eripiendi*, *ſeruandi*, *ſanandi* ac *conualeſcendi* ſignificatu, *maioribus* noſtris vſurpatum. In *gloſſario* RABANI MAURI *Kaneſan* redditur *Euadere*, & WILLERAMO in *paraphraſi Cantici Canticorum* eadem, aut certe cognata ſeruandi notione vſurpatur. (a) In *gloſſis* reu. PEZII conualuerit eſt *giniſit*, & viuere, ſeu

K potius

(a) *Cap. II. comm.* 14. *p.* 17. diu tuba -- mag *geneſan* uore demo habeche. Columba poteſt *ſeruari prae* accipitre, *ſiue ei* eripi.

potius valere *Gineſan*. (b) NOTKERO *gniſan* ſcribitur, *ſeruandique* ſenſum comprehendit. (c) *Auctori fragmenti de bello ſaracenico*, *geneſen* liberari ſignificat. (d) Acceperunt haud dubie hoc verbum *Franci* & *Alamanni* a *Gothis*, quibus *nasjan* &, praepoſita particula *ga*, *ganasjan*, *ſanare*, *ſeruare*, *ſaluum* reddere atque *liberare* denotat. (e) Vnde principem vocem *Nasjan* eſſe, patet. Formatum ſine dubio ab hoc themate eſt vocabulum dano - ſaxonicum *gemniſe*, *valentes* tertio caſu exprimens, cuius ſupra mentionem nos facere meminimus. (f) Hodie nobis *geneſen* ſenſu neutro eſt *conualeſcere*, ſanitati reſtitui. *Belgis* autem idem verbum actiuo ſignificatu *ſanare mederique* ſonat. Ex quo facile colligimus, principem illius notio-

(b) p. 374. 329. (c) *in Pſalmum XXXVI. comm.* 33. *p.* 81. ſo die Sele *gniſet*, quum anima *ſaluatur*. (d) *v.* 3119. *p.* 35. *conf.* SCHILTERI *gloſſ. teut. p.* 353. & STADENII explicat. vocum germ. *p.* 254. (e) *In* codice argenteo *Luc. XIV*, 18. Inſandida mik *du ganaſian* thans gemalvidans hairthin. miſit me *ſanare* contritos corde. *Matth. VIII.* 35. ſaëi vili ſaivala ſeina *ganasjan*. qui vult animam ſuam *ſeruare*. *Cap. IX*, 21. ganiſa *ſanabor*. *v.* 22. ganas *ſanata eſt*. *Nasjan* Matth. XXVII, 49. ſeruandi, *aut* ſaluandi *ſignificatu occurrit*.

f) *Cap. II.* §. 8. *p.* 107.

notionem, *ſanare*, ſiue *ſanari* eſſe. Num ab eodem *medici*, *medicinae* & cognatarum rerum adpellationes *lingua noſtra* olim retulerit, ignoro. Neque in priſcis libris talium vlla reperire potui veſtigia. Equidem *Belgis* hodie a verbo illo & altero *meeſter*, artifex, magiſter, *medicus* percommode *geneſen-meeſter* dicitur. Sed, quum de huius vocabuli antiquitate nihil mihi conſtet, *nominibus medicorum*, ſupra explicatis, adnumerare illud viſum non fuit. Eiusdem commatis eſt vox *helfan*, ſeu, vt hodie eam eloquuntur *helfen*, quae, vt *iuuandi* ſola propemodum poteſtate cognita nunc ſit, olim tamen in ampliori ſignificationum ambitu poſita, non ſolum *auxiliari*; ſed *mederi* etiam, *ſeruare* atque *conſolari* notauit. (g) Quae notiones, quum adfines ſint, ſatis commode cuſtodiri vno vocabulo potuerunt. *Gothis* ſuccurrere, adiuuare eſt *hilpan*, (h) & *AngloSax*. *hylpan*, *helfan*. (i) *Islandis* opem auxiliumque ferre atque ſaluum reddere, ſeruare, *hialpan* dicitur. Vnde deriuata eis ſunt vocabula cognata *hôlpin*, ſaluus, ſeruatus, tutus, & *hialpare*, auxiliator ſeruatorque. (k) *Medendi* ſenſus, quem apud *Francos* coniugata vox *helfanter*, medicatus, in *glosſis* pezia-

g) v. SCHILTERI gloſſar. teut. p. 446.
h) STIERNHIELM *in* gl. goth. *h. v.*
i) BENSONIUS *in* vocab. Anglo-Sax, *h. v.*
k) ANDREÆ lex. isl. *p.* 111.

pezianis (l) occurrens, retinuit, principi verbo *helſan* proprius & maxime familiaris olim fuiſſe videtur, quum id, recte obſeruante STADENIO, (m) a voce *hal*, *heel*, *heil*, ſalus, ſanus, ſanatusque deductum ſit. Vnde ſuſpicari fas forte eſt, nomen, ab hoc verbo oriundum, *helſer*, & ſcandicum *hialpare*, non *adiutorem* ſolum ſeruatoremque; ſed *medicae* etiam *rei peritum* olim denotaſſe. Quod aliis tamen diiudicandum relinquimus.

§ 12.

Non abludit *Nerien*, vox antiquisſima francica, quippe cui *ſeruandi*, *liberandi* & *medendi* vim ſubiecerunt *maiores noſtri*. OTFRIDO & auctoribus *gloſſarum pezianarum*, *fragmenti de bello hiſpanico*, & *rhythmi de S. Annone*, ſeruandi, liberandi & ſuſtentandi ſignificatu idemtidem adhibetur. (n) A Saxonibus *neran* & *nerian*, itidem ſeruare, ſoluere, eripere deſignat. *Medendi* ſignificatu verbo hoc vtitur NOTKERUS LABEO, (o) qui cognatum etiam verbum, *Suhtneri* ſanatio, ex voce *ſuht* morbus, compoſitum, memoriae prodidit. (p) *Nara* generaliori *ſalutis* & *liberationis* ſignificatione, in fragmento libri ISIDORI *hiſpalenſis de natiuitate, pasſione & reſurrectione* CHRISTI, (q) ſaeculo iam ſeptimo, ſup-

l) *p.* 410. m) *l. c. p.* 302. n) *Loca illorum potiora adducit* SCHILTER. *l. c. p.* 628. *ſ.*
o) Pſalm. *CII. c.* 7. *p.* 198.
p) *Pſ. CIII. c.* 15. *p.* 200. q) *p.* 260.

ſupputationis noſtrae ſcripto, legitur: in quo etiam nata a principe verbo nomina, *nerrendo*, *nerrendeo*, *nerrendhin*, *ſeruatoris* notione CHRISTO adſcripta, ſaepius reperias, quae ſua dialecto *ASaxones neriend & nergend-uſſer*, ſeruator noſter eloquuntur; quorſum etiam vox *neriando*, liberator, in *glosſis* LIPSII obuia, pertinet. (r) Formata haec nomina eſſe a participio praeſenti actiuo verbi *nerien*, pari, ac vox *heiland* a *heilen*, pacto, quilibet facile animaduertit. Iisdem vero an & aegrotorum ſeruatores, h. e. *medicos* adpellauerint *antiquiores Germani*, disquirant, quibus vacat, alii. Id compertum habemus, *ſeruatoris* & *medici* vocabula, quod notiones coniunctisſimas comprehendunt, *medentibus* olim promiſcue tributa eſſe. (s) Denique verbum *halten*, ſeu dialecto *francica* & *alamannica*, *haltan*, *haldan*, *halodan* &, praepoſita ex more particula *ge*, *gehaltan*, ſiue *kehaltan*, non modo *tenendi* & *cuſtodiendi*; ſed in primis etiam *ſeruandi* ſignificatu, quem compoſitum noſtrum *erhalten* ſibi vindicauit, gauiſum apud *maiores noſtros* fuiſſe, e laudata ISIDORI *verſione germanica*, & KERONIS, OTFRIDI, NOTKERI aliorumque monumentis theotiſcis nouimus. (t) Suppeditauit hoc ver-

K 3 bum

r) *v.* SCHILTERUM *l. c.* & STADENIUM *l. c. p.* 450. *ſ.*

s) *v. ſupra p.* 41. *n.* (c)

t) *v.* SCHILTERUM *l. c. p.* 420. & *cel.*

bum varia, quibus *ſeruatorem* indicarunt, nomina, velut, *haltar*, *haltare*, *chihalo*, *haltento*, *haldendo*, *haltand* & *behalter*, quae CHRISTO imponuntur, atque in priſcis quibusdam *fidei confesſionum* formulis, nec non ISIDORI, KERONIS, NOTKERI aliorumque ſcriptis patriis obuia ſunt. (u) Forte in iis quaedam reperias, quae pro *medicorum* adpellationibus vſurpauerint *Germani veteres;* quamuis, quum priſcorum librorum teſtimoniis deſtituamur, definitum hac in re nihil velimus.

§. 13.

Recenſitis itaque atque explicatis *medicorum* priſcis *nominibus*, iisque *vernaculis*, adpellationem, quam *medelarum artifices latino-barbari*, medio aeuo in *Germania* finitimisque *Europae* regionibus clari, ſibi adſciuerunt, heic, velut in transcurſu, indicare atque exponere non ab re erit. Et hi vero communi *medicorum* nomine non contenti, PHYSICOS ſe, *artemque* quam profitebantur *ſalutarem*, PHYSICAM nuncupari voluerunt, genuina vulga-

WACHTERUM in gloſſario germanico *p.* 172. *ſ.*

u) *v.* SCHILTERI monumenta catechetica. *T. I.* theſauri antiq. germ. *ſubiuncta*, *p.* 84. *n.* 1. *p.* 86. *n.* 2. & *adpend. ad* NOTKERI Pſalterium *p.* 266. ISIDORUM *a* PALTHENIO *editum p.* 270. 267. *adde laudati* SCHILTERI gloſſarium teut. *p.* 420. *ſ.*

vulgarique vocum iſtarum ſignificatione, qua *rerum naturalium peritos* indagatoresque & *naturalis ſcientiae ſtudium* notant, paullum mutata, aut arctiore tantum ambitu conſtricta. Hinc in litterarum monumentis, XII. & ſequentibus duobus ſaeculis exaratis, PHYSICI & PHYSICAE vocabula noua hac *medendi* atque *artis medicae* notione plerumque adhibentur, [x] & in *medicorum* maxi-

x) *Docet hoc adductis plurimis auctorum veterum locis* CANGIUS *in* gloſſar. latin. *T. III. p.* 298. *Equidem ad tempora longe antiquiora* medica *vocabuli* PHYSICUS notio *referenda eſſet, ſi lapidis cuiusdam* Romae *reperti* inſcriptio, *a* Thom. REINESIO Syntagmat. inſcript. antiqu. claſſ. *I. n. CXIIX. p.* 156. *exhibita, eam, quam prae ſe fert, haberet antiquitatem. Haec vero eſt:*

AESCULAPIO. ET. SA
NITATI.
L. CLODIUS. HERMIPPVS
QUI. VIX. ANN. CXV. D. V.
PUELLARUM ANHELITU
QUOD ETIAM POST MORTEM EIUS
NON PARUM MIRANTUR PHYSICI.
IAM. POSTERI. SIC. VITAM
DUCITE.

Heic phyſici medicorum *notione ponuntur; ſed iocularem hanc eſſe inſcriptionem & ſaeculum ſemibarbarum ſapere, recte iudicauit doctiſſimus* REINESIUS.

me ſcriptis nullo ſignificatu alio occurrunt. Quumque tunc temporis ea *medicinae* pars, quae manu medetur, ab illa, quae medicamenta praeſcribit morboſque internos ſanat, ſeparata eſſet, PHYSICORUM ſibi nomen hi ſoli vindicabant, qui huic addicti eſſent, relicta illius ſtudioſis CHIRURGORUM adpellatione. (y) Enim vero, aut me omnia fallunt, aut *medicinae* illud *artisque chirurgicae* diuor-

y) *Hinc in litterariis iſtius aeui monumentis* phyſici chirurgis *opponuntur. Quod vt vel vno doceamus ſpecimine, iuuat heic e* medici *ſub ſaeculi XIV. medium valde celebris* GVIDONIS de *Cauliaco* praefatione *libri, quem de* Chirurgia *ſcripſit, quaedam adducere verba, quae in* codice *iſtius libri auctoris aeuo* manu exarato, [*quem* reuerendisſimi atque illuſtrisſimi S. R. I. comitis, FRANCISCI LUDOVICI de OETTINGEN, *herois togati, & generis non minus, quam virtutum & eruditionis exquiſitisſimae gloria eminentis, ſingulari, qua nos dignatur debemus beneuolentiae,*] *f.* 4. *ita habent:* Vsque ad eum, (*Auicennam*) inueniuntur omnes fuiſſe *phyſici* & *cyrurgici.* Sed poſt, vel propter laſciuiam, vel occupationem curarum nimiam, ſeparata fuit cyrurgia & dimiſſa in manibus mechanicorum. Quorum primus fuit *Rogerius Rolandus. Et paullo poſt:* Gwilhelmus

diuortium cauſſa noui iſtius *medicorum* cognomenti fuit. Quandoquidem enim *Arabum medici*, quos penes medio aeuo *apollineae ſcientiae* laus & gloria fere omnis conſiſteret, *chirurgiam* neglectius colebant, atque in ceteris tantum *medicinae* partibus data opera elaborabant; horum quidem antecedentem gregem ſecuti, quotquot ad *artem Poeoniam* in *Germania*, *Gallia*, *Anglia* aliisque *Europae* regionibus iſta tempeſtate incumberent, viliorem, neque induſtria ſua ſatis dignam *medicinam*, quae manu ſanat, exiſtimarunt, ideoque eam, illotis opificum & cuiusuis indocti manibus tractandam, permiſerunt. (z) Proinde, vt ab his tamquam ſeruis, in quos imperium tenebant, velut munere, ſic & *nomine* diſtinguerentur, quum *medicorum* vocabulum amplioris ſignificationis eſſet, neque exteriori medicinae operantes excluderet, PHYSICORUM nomen primi ordinis *medentes* ideo ſuum feciſſe, pronum omnino eſt ad fidem: idque

de SALICETO valens homo fuit & in *phyſica* & in *cyrurgia* duas ſummas compoſuit, *cet.*

z) *v. ſi vacat*, Marc. Aur. SEVERINI medicinam efficacem *L. I. P. I. c. V.* Herm. CONRINGII introduct. in artem med. *c. I.* §. 14. *p.* 12. *c. III. p.* 97. *&* Io. FREIND Hiſtoire de la medicine *P. II. p.* 177. *ſ.*

que eo magis, quod illud cum ipſorum, quod in indagandis naturalibus rebus ponerent ſtudium, tum & mirificam, quam prae ſe ferrent, de ſanitate morbisque futuris diuinandi peritiam, exprimere haud inconcinne poterat. Etenim vt *phyſicus* propria notione naturalis ſcientiae conſultum; ita vſitatum medio aeuo verbum *phyſicare*, *phyſiculare*, *Φυσικέυειν*, diuinare atque augurum more aliquid praedicere ſignificabat. (a) Tantam autem eo tempore artis *σημειωτικῆς* peritiam iactitabant *medici*, vt velut Apollinis adflatu illuminati, *Φυσιογνωμίας*, *ὀυροσκοπίας* & *σΦυγμικῆς* beneficio, non ſolum de praeſentis morbi conditione certo exiſtimare; ſed de ſubſecutura etiam ſanitatis & valetudinis viciſſitudine, morte item atque aliis hominum fatis fortuitis ſtatuere ſibi ſumerent. Cuius rei exempla perquam multa, graeculam *medicorum* iſtius ſaeculi vanitatem, & imperitae multitudinis credulitatem plus ſatis arguentia, proferre heic in medium poſſemus, niſi a propoſito id noſtro alienum foret. (b) Ex

a) *v.* Io. STEPHANII *notas ad* SAXONEM grammat. *p.* 42. CANGII gloſſ. *l. c. p.* 299.

b) *vnum atque alterum exemplum ἰατρομαντείας, medio aeuo vſitatae, legas in max. reu.* Iac. Frid. REIMMANNI Einleitung in die Hiſtoriam litter. der Teutſchen *P. II. p.* 503. 510.

Ex quo tamen colligitur, non vna ex ratione PHYSICORUM vocabulum *medicis* ſuperioris memoriae ſe commendaſſe. Iam ſicut latina, eaque corruptior lingua tunc temporis in aulis, curiis & eruditorum etiam muſeis vbiuis imperitabat, *patrio ſermone* ſusque deque habito; ſic *Anglis Gallisque*, repudiatis vernaculis *medicorum nominibus*, latina, quae recenſuimus vocabula ciuitate ſua donare placuit. Itaque illi medicum *phyſician*, medicinam *phyſich*, chirurgum *chirurgeon* & contractius *ſurgeon*, atque chirurgiam *chirurgery*, aut *ſurgery* dixerunt; quemadmodum *Galli*, priſcis ipſorum libris teſtibus, eadem vocabula, pro ſua dialecto, *phyſicien*, *phyſique*, *cerugien* ſiue *chirurgien* (*) atque *chirurgie* pronuntiarunt, duobus prioribus hodie illa, *medecin* & *medecine* ſubſtituentes.

§. 14.

Priusquam colophonem *disquiſitioni* noſtrae addamus, iuuabit ἀξιώματα aliquot *hiſtorica*, quae ex hactenus dictis, velut e veritatibus primis ſequuntur, ſubnectere & ſeparatim poſita breuiter perſtringere. En itaque ΑΞΙΩΜΑ

I.

Tantum abeſt, vt in artis medicae

*] v. CANGII *Gloſſar. latin. T. I. p.* 1037.

dicae ignoratione verſati ſint veteres Germani, vt eidem potius quam plurimi apud eos ſedulam dederint operam. Id quod, ſi & veterum ſcriptorum teſtimoniis defecti eſſemus, vel ſola patria lingua comprobari ſatis conficique poſſet. Haec enim, quemadmodum fuſe hactenus demonſtrauimus, varia complectitur vocabula, quibus *medentes*, *rem medicam*, *ſanandique* actum deſignarunt *maiores noſtri*: quae quidem non in peregrino ſolo nata illorumque ciuitati imputata; ſed ex antiquisſimo eorumdem *ſermone* oriunda, germanici & generis, & indolis ſunt. Quid? quod vix mihi perſuadeam, reperiri inter alias *Europae* linguas vel vnicam poſſe, quae tot tamque commodis, *rem medicam* notantibus locupletata ſit vocabulis, eoque cum *patria* noſtra comparari iure queat. Atqui vocum multitudo notionum noſtrarum rerumque, quarum ſigna eae ſunt, copiam indicat. Neque vero res peregrinas & ſerius cognitas, antiquisſima iam memoria ſuis h. e. vernaculis vocibus adpellitare, *maioribus noſtris* integrum fuit.

II.

II.

Priſci Germanorum medici, rei herbariae ſtudioſisſimi, e plantis, herbis fruticibusque medicamenta ſua pleraque confecerunt. Namque aliter ratio reddi nulla poſſet, cur varias a *re herbaria* ſibi pepererint adpellationes, velut, ARZAT, VURSARI, & GRÆDER. (v. Cap. I. §. 17. C. III. §. 2. & 3.)

III.

Iidem artem χειρουργικὴν in qua ſtudium ſingulare ponebant, a medicina, quae victu & medicamentis medetur & in his praeparandis occupatur, ſecus ac poſteriori tempore factum eſt, ſeiunxerunt numquam. Sicut enim ab illa *nomina* ſortiti ſunt nonnulla, velut LACH & HEILARI; (v. Cap. II. §. 6. 7. Cap. III. §. 6.) ſic iis & ceteris omnibus generalior *medentium* vis ſubiecta eſt.

Neque

Neque reperiuntur adpellationes vllae, quas vel *vulnerarii*, vel *pharmaceutices* conſulti, vel *interioris medicinae periti* ſibi vindicauerint ſinguli.

IV.

Sanitas ex mente maiorum noſtrorum in partium corporis aequali habitu conſiſtebat, inque perfecta earumdem diſpoſitione & vſu. Morbus contra in illarum diſſenſione & integritatis defectu. Hinc medicina iis erat ars, quae in conſeruanda ac reſtituenda corporis huiusque partium omnium integritate verſaretur. Facile hoc intelligitur ex iis, quae de vocabulo FROM (Cap. I. §. 9.) HEILARI (Cap. III. §. 6.) BOETER (ibid. §. 9.) & de verbis *helfan*, *nerien*, *haltan* (§. 11. & 12.] in illorum explicationem, prolata ſunt. Adde, quod *maiores noſtri ſanum* itidem dixerint *ganzer*, h. e. propria notione *integrum*, ſanitatem *ganzida*, h. e. omnium partium perfectionem & *infirmitatem* denique *unganzi*, h. e. integritatis defectum. (c) Nolo,

c) *v.* SCHILTERI gloſſar. teut. *p.* 343. *ſ.*

Nolo, plura addere, quum vel hisce obſeruationibus ea, quae ſub initium *ſchediasmatis* noſtri diximus egregie confirmentur, & colligi praeterea ex iis facile queat, quanto vſui *vernaculae linguae ſtudium patriarum antiquitatum* ſcrutatioribus ſit: quippe quo eam, quam e priſcis monumentis de *maiorum* inſtitutis ritibusque hauſerunt notitia & illuſtrari & augeri non raro poſſit. Quae ſi perpenderit LECTOR, confido, fore, vt non ſolum grammaticam hanc, quo nunc defuncti ſumus, operam aequi bonique conſulat; ſed conatibus etiam noſtris, quantulicumque ii demum fuerint, faueat; aut, ſi impetrare haec a ſe nullo modo posſit, certe vetere illo & tantum non iniurioſo dicterio, *quo, exceptis medicis, nihil eſſe grammaticis ſtultius* dicitur, & (d) nos, & alios *patriae linguae reique medicae* amantes onerare, religioni ducat.

Quidquid autem fecerit, nos hoc ſtudiorum genere delectari, illiusque peritos magni facere, & in ſcribenda hac qualicumque diſſertatione plus voluptatis percepiſſe, quam ſudoris atque olei perdidiſſe, dictum ipſi in aurem, calamum ſepoſituri, volumus.

DIS-

(d) ATHENAEUS *deipnoſ. L. XV.*

DISQVISITIONIS
DE PRISCIS MEDICORUM APUD GERMANOS NOMINIBUS

ΣΥΝΟΨΙΣ.

CAP. I.

De vocabuli ARZT pronuntiatione, antiquitate & origine.

Rei medicae *apud* Germanos veteres *ratio ἐπ' ἐπιτομῇ deſcribitur.* §. 1. 2. *Vocis* arzt *&* *coniugatarum priſca pronuntiatio* dialecti francicae & alamannicae §. 3. *&* ſaxonicae *recenſetur.* §. 4. *Vocabula* arst *&* arzat *veteri celticae linguae imputantur.* §. 5. *Pronuntiationes* ares *&* arus *antiquiſſimas eſſe probatur,* א) a priori *e legibus etymologicis* §. 6. ב) a poſteriori *idque* α) e nummo celtico. *Quae in huius explicationem ſcripſerunt* Camdenus, Bouteroue, Menetrier, Anonymus Gallus, §. 7. *&* Martinus *expenduntur.* §. 8. 9. *Probatur, illuſtraturque eorum ſententia, qui* Telesphorum *&* Herculem *in numo illo agnoſcunt.* §. 10. *atque indicata vocis* Arus *veriore notione,* §. 11. *verbi gallici* guerir *origo oſtenditur.* §. 12. β) *e* lingua ſcythica antiqua, *vbi, expoſito* Herodoti *quodam loco,* §. 13. *nomen* Enareas *germanicae linguae reſtituitur,* §. 14. Ludolfi, Leibnitii, Stadenii *&* Meieri *vocabuli* Arzt *notationes ſub examen vocantur,* §. 15. *& a voce priſca* ar, *terra, agricultura, annona, vberius explicata,* §. 16, *nomen* Arzt *deflectitur.*

CAP.

CAP. II.

De vocabulorum LACH & FROM pronuntiatione, vſu & notatione.

De vocabuli lach, lachan *&* lachida *pronuntiatione & vſu in* francica *&* alam. §. 1. anglo-ſax. gothica, ſcandica, ſlauonica §. 2. *& hodierna* Germanorum *ſeptemtrionalium*, Britannorum *&* Flandrorum *lingua*. §. 3. Iunii *de iſtis vocibus ἐτυμολογία recenſita* §. 4. *diiudicatur, & alia cel.* Hardtii *notatio proponitur*. §. 5. *verbum* lechan, lecken, *lingere, ſugere nominis* leck *ἔτυμον conſtituitur* §. 6. *ſubindicata alia illius deriuandi ratione*. §. 7. *de vocabuli* From *priſco vſu & notatione diſceptatur*. §. 8. 9.

CAP. III.

De nominum VURSARI, GRÆDER, HEILARI, BOETER, PHYSICUS, coniugatorumque vſu & ἐτυμολογία.

De nominum Vurſari *&* Wurtzler, §. 1. 2. Graeder, Krüdenier, Kräutler §. 3. *& propriorum*, Gro, Groa, *ac* Crodo *ἐτυμολογία diſputatur*. §. 4. *Vocabula* heilari, healer, heilen, heiland *& coniugata alia* §. 5. 6. *itemque nomen proprium* Helenus *& commune* heiliſari *explicantur*. §. 7. *In vocis* boeter boeten *vſum* §. 8. *& originem inquiritur*. §. 9. *Nonnulla* medicorum *&* rei medicae *nomina nobis perire potuiſſe docetur*. §. 10. *De verborum* geneſan, helfan, §. 11. nerien, haltan, §. 12. *ac nominum* phyſicus *&* phyſica *notione, medio aeuo vſitata, agitur*. §. 13. *& denique obſeruationes aliquot, e tractatione praecedente deductae, eaeque* hiſtoriam veterum Germanorum medicam *illuſtrantes, ſubiunguntur*. §. 14.

EMENDANDA.

Pag. 2. lin. 19. 20. lege; *profeſſas eſſe.* p. 6. lin. vlt. n. (c) l. *laudata.* p. 12. l. 3. l. *& rem medicam.* lin. 5. pro *Jac.* leg. *Bern.* p. 14. n. (q) lin. 3. 5. leg. libros herbarios - - - ſcriptos. p. 17. l. 20. quarumdam. p. 21. l. 4. *dialectos.* ibid. l. 13. 14. 15. verba hoc ordine lege: nunc addi, nunc, quod in antiquioribus dialectis maxime vſu venit, omitti. p. 28. l. 14. poſt *adumbratos* deeſt: *cum* MENETRIERIO. p. 39. n. (a) lin. 7. l. *conſpici licet.* p. 47. l. 14. leg. repetendas. p. 48. n. (n) l. 14. l. *Germanicum.* p. 56. n. (q) l. 23. l. *adpellabantur.* p. 59. n. (u) l. 18. *quod ii.* p. 60. n. (x) lin. penult. *ſcrutemur.* p. 62. l. 9. *Oruoſſag.* p. 74. lin. 4. γένεσις. p. 76. n. (m) l. vlt. *ſanitati.* p. 77. n. (m) l. 8. poſt *dare* deeſt comma, & poſt *turpe: illis.* p. 83. n. (n) l. 11. *perpetiebatur.* p. 89. l. 4. illi LEK ibid. l. 12. 13. *Alium*, qui - - tradiderit. p. 98. n. (a) l. 3. *vlcera.* p. 99. l. 1. λιχνεύω p. 102. l. 16. poſita ſit. p. 105. n. (c) l. 1. *Hae.* p. 111. l. 8. aliae. p. 118. l. 18. *viridans.* p. 119. l. 6. 7. ſignificent. p. 121. l. 9. *viridis.* p. 124. l. 1. dele: *curſis.* p. 127. n. (c) l. 13. poſt Tom. II. deeſt; *theſauri.* p. 132. l. 12. *Cherſoneſi.* p. 133. n. (s) l. 5. *voca ipſum.* p. 137. l. 23. quodque rudior.